

4.193. III. EJ.

PROGNOSIS  
CONJECTURALIS  
ASTROLOGI-  
CA.



AD ANNVS

A

CHRISTO NATO

M. DC. LXXXVII.

*Tertium post Bissextilem.*

AD

Elevationem Poli 48. Gradum,  
& Meridianum Tyrnaviensem.

*Tyrnavia Typis Academicis.*

# CAPUT I.

*De Eclipsibus , deque Quatuor Anni Partibus , earumque probabili futura  
Constitutione , & alijs qua hinc conjecturaliter predici possunt.*

**H**ic Annus currens 1687. præter morem aliorum annorum , liber erit ab omni Eclipsi . Prima enim Solaris Eclipsi , quæ alias contingere deberet Die 11. Maij , circa medianam secundam horam po- meridianam , quia tunc temporis , Lunæ Latitudo Australis , cum sua paralaxi , excedet aggregatum Semidiametrorum Solis & Lunæ , eapropter evaderet insensibilis . Altera Lunaris , quæ accidere deberet post tertiam horam matutinam , ob deviationem Lunæ ab Ecliptica , evadet omnem obscurationem . Tertia rursus Solaris 4. Novembris , Sol nulla ex parte obscurabitur , cum jam Luna tempore suæ conjunctionis cum Sole , distet plusquam 15. Gradibus à nodis seu punctis , in quibus dum Sol & Luna sibi diametaliter opponuntur , fiunt Eclipses .

Hyems exordium suum sumpsit anno elapso 1686. Die 21. Decembris paulò ante meridiem , quando Sol ingressus fuit primum Gradum Capricorni . Veris initium erit 20. Martij circa meridiem , dum Sol ingreditur Signum Arietis . Aestati principium dabit Dies 21. Junij , paulò ante meridiem , quando Sol subintrabit Signum Cancri . Autumnus initium suum capiet 23. Septembris , similiter paulò ante meridiem , dum Sol motu suo attinget primum Gradum Libræ .

Coeterum hic Annus pollicetur copiam Frumenti , & Vini , hujusq; præstantiam , ubertatem item fructuum , sed varietatem infirmitatum , ac multitudinem diversorum morborum .

Bella ab Astris nullo modo dependent , ideo ex Stellarum constitutio- ne & influxu , Planetarumque benigno vel maligno aspectu , de bello & pace , vanissimæ sunt conjecturæ , & multò magis de felici aut infelici bellorum successu . Sed nec ratio svadet , cur præsentibus circumstantijs temporum , pax bello sit præponenda aut præoptanda , præfertim cum plura adsint argumenta , quæ felicissimum illius exitum , nos sperare jubent , nempe eliberationem è jugo Turcico , non solum Hungariæ , Provinciarumque eidem adjacentium , sed & totius Europæ , ac utinam & ipsius Terræ Sanctæ .



# EPHEMERIDES ASCETICÆ.

## JANUARIUS.

1. Ecce iterum vitæ tuæ annus unus præteriit, si non etiam interiit; omne enim tempus, quod saluti eternæ non impeditur, interit, & irrevocabiliter perditur.

2. Ecce rursus anno uno vicinier es morti ac eternitati; constituit quippe Deus unicuique nostrum vitæ suos terminos, qui præteriri non possunt.

3. Recogita quæso jam, quantulam partem totius anni præterlapsi, eternæ salutis animæ tuæ, impendisti; quantam vero curam corporis & mundi hujus vanitatis; & tamen anima plus est, quam corpus & esca!

4. Somno enim tertiam partem anni, minimum consumpsisti, vel octo horas in singulas dies & noctes eidem concedendo, residui vero temporis partem facile ostavisti in refectionem ac culturam corporis insumpsisti; quantum autem otio, quantum relaxationi animi, quantum negotijs domesticis, & rerum temporalium sollicitudini tribueris, tu optimè nō nisi, ast pro procuranda animæ tuæ salute forte vix unam aut alteram diem totius anni tibi segregasti.

5. Verum si annis multis vixerit homo, & in his omnibus latatus fuerit, nonne meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

6. Transferunt enim omnia illa tamquam umbra, & tanquam navis quæ pertransit aquam; cuius, cum præterierit, non est inventire vestigium.

7. Anni nostri velut aranea meditabuntur, sicut enim illa multo labore texit telam suam; ita ut eviceret se se, & quid nisi viles muscas venatur; ita annos vitæ consumunt homines!

sed quo tandem fructu, imò quo cum detrimento?

8. Convertimini igitur filij hominum, & eternos annos in mente habetote; quoniam mille anni apud Deum, sunt tanquam dies eternæ, quæ præteriit.

9. Dies autem annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni: si autem in potentatibus octuaginta anni: & amplius, eorum labor & dolor.

10. Senectus venerabilis est non diurna, neque annorum numero computata, cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.

11. Numerus dierum hominū ut multum centrum anni, quasi guttae maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die avi.

12. In dimidio dierum suorum homo vadit ad portas inferi, & querit relidum annorum suorum.

13. Praescinditur velut à texente vita illius, dura adhuc orditur, succiditur.

14. Deus autem idem ipse est, & anni ejus non deficiuntur.

15. Recogita itaque omnes annos in amaritudine animæ tuæ, & serio te ipsum examina; diligenter omnes conscientiae tuæ latebras execute.

16. Nam si obiter tantum & perfuntoriæ id egeris, multa te effugient: pravum enim & inscrutabile est cor hominis, & quis cognoscet illud?

17. Supra unum millionem hominum in toto mundo, abstulit anno elapsō ex hac vita mors, quorum alij gladio interempti sunt, alij submersi, alij igne, alij peste, alij latrocino interierunt, multi insperatè de corpore extracti

eracti sunt, & quotus horum benè paratus, & dispositus ad mortem inventus est? Certe pauci sua opinione tardius mortui, quive non sperassent, se adhuc etiam hunc annum supervicturos. Spe tamen frustrati ac decepti sunt. Tu si sapi hunc annum transige tanquam vi-  
tae tua ultimum.

18. Nam idem eveniet hoc quoque anno, sic enim omnium finis unus est, & vita hominum tanquam umbra citè pertransit.

19. Age, age nunc charissime, quidquid agere potes, quia nescis, quando morieris, & an hunc annum supervicturus sis; nescis etiam, quid te post mortem sequetur.

20. Dum tempus habes, congrega tibi divitiae immortales, & præter animæ tuæ salutem nihil cogites, solum, vel saltè ante omnia quæ Dei sunt, & tua salutis cures.

21. Ne tardes proinde converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ac de anno in annum; multa enim hujus moræ ac dilatationis incommoda.

22. Nonne dum periculose æger es, non differs curam valetudinis? sed mox acceris medicum, & principijs obviandum censes, ne forte frustra paretur medicina, postquam morbus per longiorem moram invaluit. Prudenter; sed cur idem non facis, dum animus tuus æger est?

23. An non perversè agis, dum vis dare ætatis florem carni & mundo, & faciem Christi? qui tibi dedit omnia, & tui causa fuit in laboribus à juventute sua?

24. Audi quisquis spe longioris vitæ differs meliorem: Stulte quid si hic annus sit vitæ tua ultimus, quid si hac nocte, quid si hac horâ repetet Deus à te animam tuam, quò putas infelix ibit?

25. O quot millia hominū delusit ista spes, aut magis stulta præsu npi? at nunc in inferno positi sunt, & mors depascit eos.

26. Utinam tu saperes damno alieno, & cautor fieres in re tam ardua.

27. Deus promisit veniam quidem poenitenti, sed vitam non promisit in senium, immo nec in crastinum differenti.

28. Ecce quid est vita tua, nisi vapor ad modicum pareas! quid corpus mille casibus, mille miserijs & periculis obnoxium? quod

quandoque vel levis febricula, aut casus aliquis subitus in momento prosternit, & huic tam fragili fulcro, tu audes fidere & inniti?

29. Nonne stultam itam fiduciam satìs argunt tot obvia mortalitatis exempla, quæ sine discrimine ètatis, sexus, conditionis, frequenter ingeruntur oculis tuis, ut memineris accidere tibi posse, quod cuiquam potuit.

30. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

31. Sera poenitentia raro veram non tam enim deseruntur peccata, quam deserunt; quia peccandi vires deficiunt; & mirum valde est, quod rei tam incertæ & dubiæ audeas salutem tuam committere, qui alibi certissima quæq; follie perquiris.

## F E B R U A R I U S.

1. Ecce nunc tempus acceptabile, nunc dies salutis, si hoc negligis, nimis temerè aliud tibi spatium poenitentia polliceris.

2. Age nunc ergo, quod tunc actum voles, cum plus agere non poteris, & non egisse, cum poteras, vehementer dolebis.

3. Ambula dum lucem habes, ne forte tenbras te comprehendant, quocunque potest manus tua, instanter operare: nescis enim quid olim facies, aut possis, cum defecerit virtus tua.

4. O si scires quam periculosum & noxiun sit, in vacuum gratiam Dei recipere, & voluntatem Deum negligere!

5. Satage igitur, ut per bona opera certam vocationem tuam facias.

6. Quæ enim seminaverit homo, haec & metet. Haec vita est tempus fermentis, in morte tempus messis aderit; si seminaveris in carne tua corruptionem, de carne metes corruptionem, si autem seminaveris in lachrymis poenitentie, cum exultatione tunc metes.

7. Intelligite haec, qui obliviscimini Deum; intelligite, ne aliquando rapiat, & non sit qui eripiat.

8. Revertere ergo ad Deum patrem tuum? & quid foris vesceris filiis porcorum? & tandem his ipsis saturari non poteris, cui apud Deum pasci licet delicis filiorum.

9. Cogita quantopere ob rei vilissimæ jastram subinde doleas & plores: & non doles, cum fe-

sum fecisti detrimentum anime tuae, & amissisti Deum summum bonum tuum!

10. Quoties tibi secreto ad cor dixit Deus, imo dixit tibi propria conscientia tua: Perversa est via tua; non hæc itur ad Cœlum; hæc est via lata, quæ dicit ad perditionem, non hæc iœvum, qui Deo placuerunt.

11. Memento homo quæ fecerit tibi Deus, quid enim habes, quod non accepisti ab eo? & vide quia malum & amarum est, dereliquisse Dominum Creatorem suum, & tam ingratum & injurium esse Summo benefactori tuo.

12. O quanta dementia est peccatoris! dum vendit animam suam pro vilissimo hujus mundi pretio, cuius pretium est sanguis Christi.

13. Tantiq[ue] facit vilissimas & inanissimas mundi vanitates, ut saepè malit offendere Deum, quam hominem, æterna bona perdere, quam caduca, & mandata Dei potius, quam mundi judicia contempnere!

14. Miser peccator Deum fontem aquæ vitae derelinquit, & fodit sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas, cum posset haurire aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

15. Mavult peccator hostem sequi, qui obsequium sibi præstum, & brevis voluptatis uluram æternis supplicijs penit, quam Christum, qui sequentes se gloriâ & honore coronat.

16. Si igitur haec tenus errasti, sicut ovis, quæ periit, penitentiam age de peccatis tuis ex intimo corde, idque vel maxima ob amorem Dei dole: & si fuerint peccata tua, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rebra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

17. Præmisso dein dolore tali de peccatis tuis, eadem integrè & sincere Sacerdoti, cui potestatem Christus dedit ligandi atque solvendi, confitere. Qui enim abscondit seculera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

18. Fili pro anima tua non confundaris dicere verum.

19. Est enim confusio adducens ad peccatum, & est confusio adducens ad gloriam.

20. Quid erubescis coram homine tui simili & peccatore dicere, quod non erubueristi coram Deo facere.

21. Facebas igitur hic pudor: tunc solidum utilis, cum vis peccare: noxius cum vis posse nitere.

22. Quid enim est peccata celare, nisi vulnera tegere, & necessariam medicinam non nolle admittere, donec computrescant & facie insipientiae tuae.

23. Siccine pluris tibi est honor tuus, quam salus tua?

24. Et propalari times apud hominem unum, tui similem, potea coram toto mundo accusandus & damnandus.

25. Quid facies miser in die illa tremenda, quando revelabit Deus abscondita tenebram, & manifestabit consilia cordium?

26. Certe in die Judicij nihil occultum erit, quod non sciatur ab omnibus.

27. Et quod in tenebris dictum, gestumque est, in lumine coram toto orbe patebit.

28. Non ergo pudeat te Sacerdoti id dicere, quod non puduit te coram Deo facere.

## M A R T I U S.

1. Peccasti, post confessionem igitur peccatorum tuorum cum vero dolore, & firmo proposito emendationis, ne adjicias iterum: sed & de præteritis deprecare, ut tibi quoad paenam ctiam dimittantur.

2. Vide ne revertaris, velut suis ad voluntarium, aut instar canis ad vomitum.

3. Ecce jam sanus factus, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat.

4. Facilis relapsus, argumentum est paenitentiae minùs seriae.

5. Propone igitur firmiter omnia prius pati, quam Deum rursus offendere.

6. Paenitentia enim vera est, commissa mala plangere, & plágenda non amplius committere.

7. Quæsio ut aliorum periculo & damnatio sapias, qui ore quidem confitentur peccata sua, cor autem eorum non est rectum cum Deo; quia semper eadem repetunt; & sic tandem pereunt.

8. Quam facilè esset multis effugere peccata, si serio vellent pericula peccandi effugere.

9. Nimis proni ad mala sunt sensus hominis ab adolescentia sua; & tu inter ipsas occasiones, seu incentiva peccandi illas sus transibis?

10. Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo , ut vestimenta illius non ardant ? aut ambulare supra prunas , ut non comburantur plantæ ejus ?

11. Ecce David , Salomon , Petrus , alijq; plures sanctimoniam & sapientiam celebres erant , his tamen occasio in ruinam fuit , unde & tibi in exemplum humanæ fragilitatis & cautelæ proponuntur .

12. Insuper cum peccatori tantum debetur tormentorum , quantum se glorificavit , & in deliciis fuit ; nonne æquum est , ut pro mensura delicti , sit & plagarum modus ?

13. Tu si sapi præverte sententiā Judicis , & in temetipsum adverte : ne forte tandem mittaris in carcerem , non exiturus inde , donec reddas novissimum quadrilaterum .

14. Facilius est modò Divinæ Justitiae satisfacere , dum adhuc tempus est misericordiae & dies salutis , quām in altera vita per poenas purgatoriæ .

15. Facilius est hīc solvere poenas peccatorum , quām reservare in illud tempus , in quo ipsæ quoque Justitiae judicabuntur .

16. Vis ergo satisfacere pro peccatis tuis ? Ecce bona est oratio cum Jejunio & Eleemosynis .

17. Porro satisfactio optima , tibique utilissima est , adversus ipsa vitia omnem penitentia vim dirigere , maximè verò ea , ad quæ perpetranda præniores .

18. Sicut ergo exhibuisti niembra tua servire iunctitudine & iniquitati ad iniquitatem , ita nunc ea exhibe servire Justitiae in Sanctificationem .

19. Sua cuique morbo , sic & vitio remedias sunt .

20. Nam quorsum pedi malagma admoves dum saucium caput remedium poscit .

21. Nec dicas : durus est hic sermo & quis potest eum audire ? Jugum enim Christi suave est , & onus illius leve .

22. Facile is equitat quem gratia Dei portat , & omnia potest præstare in Deo , qui cum confortat .

23. Dilatatur cor justi , ut non tantum in vijs mandatorum Dei facile ambulet , sed & ut easdem cum alacritate percurrat .

24. Quinimò multò facilius est cœlum lu-

crari , quām terram , placere Deo , quām mun-

do .

25. Nam labor & contritio , ac infelicitas est in vijs eorum , qui viam pacis non cognoverunt .

26. In circuitu impij ambulant , & non invententes viam pacis & veritatis , miserè pertent .

27. An non ipsorum damnatorum vox est Vias difficiles ambulavimus , lassati sumus in iniquitatibus nostris .

28. Ecce quām impigre currunt filii hujus saeculi , quomodo disruptiant se le , ut modica & mox peritura bona terræ comparent sibi cœlestia autem penitus negligunt .

29. Tuam ipius conscientiam consule , annon haec tenus duriora pro mundo & carne tua passus es , quām quæ Deus pro Cœlo lucrandæ te exigeret ?

30. Nonne si spes aliqua lucri , honoris , aut præminentie affulsiſſet tibi , mox omnem lapidem moviſſes , & longissima etiam itinera , terræ marique ſucepſiſſes ?

31. Si amare pigebat , redamare non pigeat .  
Augustinus .

## APRILIS .

1. Si ab alio injuriā , damno , aut contumeliā latuſ ſuifſes , quid non feciſſes pro commodo , fama & honore tuendo ? Atverò , ut Deo placeres , ut cœlum lucrareris , quām exiguum est , quod egisti ?

2. O si vel decimam partem eorum , quæ fecisti pro saeculo , feciſſes pro Cœlo ; salvus utique & beatus viveres !

3. Sed quem fructum habes ex omnibus illicis , quæ pro mundi hujus vanitatibus egisti , niſi ut erubescas nunc in illis , utpote quorum finis mors est ?

4. Converte te ad omnia , in quibus hactenus fruſtra ſudâſti , quid ſunt niſi vanitas & afflictio ſpirituſ ?

5. Vanitas vanitatum ( dixit Ecclesiastes ) & omnia vanitas : præter amare Deum , & illi ſoli ſervire .

6. Vedit Salomon cuncta , quæ ſiunt ſub ſole , & ecce invenit , quod universa ſiunt vanitas , & afflictio ſpirituſ .

7. Affluebat divitijs, & fruitus est bonis; & vidit, quod hoc quoque esset vanitas.
8. Magnificavit opera sua, & disificavit sibi domos, & plantavit vineas: fecit sibi hortos & pomaria, & consevit ex cuncti generis arboribus, & vidit, quod hoc quoque esset vanitas.
9. Habuit armenta, & magnos ovium greges, ultra omnes qui fuerunt ante eum in Hierusalem, & vidit, quod hoc quoque esset vanitas.
10. Coacervavit sibi argentum & aurum, & substantias Regum, ac Provinciarum; & vidit, quod hoc quoque esset vanitas.
11. Fecit sibi Cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos & ureos in ministerium ad vina fundenda, & vidit, quod hoc quoque esset vanitas.
12. Omnia quæcunque desiderabant oculi eius, non negavit eis: nec prohibuit cor suum, quin omni voluptate frueretur & oblectaret se in his, quæ preparaverat, & vidit, quod hoc quoque esset vanitas.
13. Cumque convertisset se ad omnia opera, quæ fecerunt manus ejus, & in omnes labores suos, vidit, quod frustra sudaverit in ijs, vidit in omnibus vanitatem, & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole.
14. Cuncti enim hominis dies ærumnis ac doloribus pleni sunt, nec per noctem requiescit, & hoc nonne vanitas?
15. Studiosissimè sub sole laborat, habiturus haeredem, quem ignorat, utrum sapiens, vel stultus futurus sit, & hic dominabitur laboribus ejus, quibus desudat, & de quibus sollicitus est, & est quicquam tam vanum?
16. Est aliud, qui laborat in sapientia & doctrina, ac sollicitudine, & ecce homini otioso quæsita dimittit; & hoc ergo vanitas & magnum malum.
17. Rursus & aliud malum, & quidem frequens apud homines: Vir cui Deus dedit divitijs, & substantiam, & honorem, ita ut nihil deficit animæ ejus, ex omnibus, quæ desiderat: nec tamen tribuit ei potestatem Deus, ut comediat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud: & hoc quoque vanitas & miseria magna est!
18. In Imagine pertransit homo: Thesau-  
rizar; & ignorat, cui congregabit ea.
19. Vanitas igitur est, divitijs perituras qua-  
tere, & in illis sperare.
20. Vanitas quoque est, honores ambire & in altum statum se extollere.
21. Vanitas est, carnis desideria sequi, unde postmodum graviter opportet puniri.
22. Vanitas est, longam vitam optare, & de bona vita parum curare.
23. Vanitas est, præsentem vitam solùm attendere, & quæ futura sunt non prævidere.
24. Vanitas est, diligere, quod cum omni celeritate transit: & illuc non festinare, ubi sempiternum gaudium manet.
25. O infani & infideles corde, qui tamen pro-  
fundè in tenebris jacent, & nihil nisi carnalia sapiunt!
26. Sed miseri adhuc in fine graviter sen-  
tient, quæ vile & nihil erat, quod ama-  
verunt.
27. Usquequid igitur Filii hominum gravi  
corde, ut quid diligitis vanitatem & quæritis  
mendacium?
28. Verūtamen Universa vanitas omnis  
homo vivens!
29. Attende ad Coelestia bona, & videbis,  
quod omnia ista temporalia nulla sint, sed  
valde incerta, & magis gravantia, quia nun-  
quam sine sollicitudine, & timore possidentur.
30. Felix proinde est, omnis is, qui potuit  
mundum contemnere, experiri que, & dul-  
ce sit mundi hujus nugis nugarum carere.

## M A J U S.

1. Vide jam, quantis malis & periculis ob-  
noxius sit homo in via hac, quæ ambulat, pri-  
usquam ad metam certaminis & bravium vi-  
tae æternæ perveniat.
2. Militia enim est vita hominis super ter-  
ram, sicut dies mercenarij dies ejus.
3. Et homo natus de muliere brevi vivens  
tempore, repletur multis misérijs.
4. Qui velut flos egreditur, ac conteritus  
& fugit velut umbra.
5. In tenebris, & in umbra mortis sedet,  
in medio laqueorum deambulat.
6. Quocunque se vertat, sive ad dextram,  
sive ad sinistram, ubique hostes & insidiae.

7. Diabolus tanquam Leo rugiens, circuit  
quærens, quem devoret.
8. Mundus totus in maligno positus, alli-  
cit ut decipiatur.
9. Caro hostis domesticus & inter omnes  
periculosis, blanditur, ut interficiat.
10. Creaturæ, quæ ei scula debebant esse  
ad cretorem, fiunt in miscipulam, pedibus  
insipientium.
11. Ipsi sensus ejus, portæ sunt & fenestræ,  
per quas ingreditur mors in animam illius.
12. Cogitationes hominum sunt timidæ, &  
incertæ omnes providentiae eorum.
13. De terra est miser homo, nec satis cu-  
rat, ut conversatio ejus sit in cœlis, sed ter-  
rena nimium versat ac diligit.
14. Omnes, quæ sua sunt querunt, non quæ  
Iesu Christi.
15. Varijs se immergunt curis & negotijs,  
negotium verò æternæ salutis negligunt.
16. Infinitis se miscent quæstionibus, &  
viam, quæ ducit ad cœlum, non requirunt.
17. Semper circa res temporales se occu-  
pan, ad orandum verò nullum tempus ijs  
vacat.
18. Aut si quandoque orare libet, vel id ad  
ultimam horam, & tempus minus idoneum  
rejiciunt, vel orationem obiter ac perfundō-  
tiæ peragunt.
19. Multi labijs Deum adorant, cor autem  
illorum longè est ab eo.
20. Ducunt in bonis dies suos, & in pun-  
cto ad inferos descendunt.
21. Quem fructum habuisti in illis, in qui-  
bus nunc erubescitis. *Ad Rom. 6.*
22. Corpus, quod spiritum aggravat, cor-  
rumpt animam.
23. Est etiam via, quæ videtur homini bo-  
na, sed novissima ejus ducunt ad mortem.
24. Multi sapientes sunt, ut faciant mala,  
& latentur, tunc male fecerint.
25. O si cogitarent quodd., & quam citò  
mundus transeat as concupiscentias ejus!
26. Quod vita nostra velut umbra fugiat,  
& quasi vapor ad modicum apparet.
27. O quam tunc deceptos se esse plangent,  
quando extrema gaudij luctus occupabit!
28. Sapientia hujus mundi stultitia est a-  
ppd. Deum, & sic infinitus est cultorum nu-  
merus.
29. Tu verò noli æmulari in malignanti-  
bus, & si te lactaverint peccatores, nou ac-  
quiescas eis.
30. Depon somnū malitiam, abjice opera te-  
nebrarum, fac fructus dignos penitentia, ab-  
nega impietatem, & sæcularia desideria.
31. Atque deinceps sobrie, justè & piè vi-  
ve in hoc sæculo: hæc est enim via, quæ ducit  
ad Cœlum, & alia non est, præter eas.
- 
- J U N I U S,
1. Numquid enim vanè Deus constituit o-  
mnes filios hominum?
2. Et quorsum tot illis corporis animique  
dona, contulit?
3. An ut studeant cumulandis divitijs? Non.  
Nam Deus dicit: Væ divitiibus, qui hic habent  
consolationem suam.
4. An ut famam nominis sui & gloriam  
querant? Non. Deus enim non dat alteri su-  
am gloriam, & qui famam apud homines  
querunt, in hac vita accipiunt mercedem  
suam.
5. An ut magnifice & ample sedificant, qua-  
si hic æternum vixiri? Non. non enim ha-  
bemus manentem hic Civitatem, sed futu-  
ram inquirimus.
6. An ut conjungant domum ad domum  
& agrum agro copulent? Non. nam qui di-  
vites volunt fieri, incident in laques Diaboli.
7. An ut circa Villas & juga boum occu-  
pentur? Non. nam qui propter hæc invitati ad  
nuptias filij Regis Cœlestis venire recusant,  
non gustabunt Cœnam ejus in æternum.
8. An ut induantur purpurā & byssō, &  
epulentur quotidie splendide? Non. nam ta-  
les cum divite Epulone sepeliuntur in in-  
ferno.
9. An ut comedant & ducant in bonis diés  
suos, rati hanc suam esse partem? Non. Finis  
enim eorum interitus, quorum Deus venter  
est.
10. Vah impia, & nimis impar liberali-  
tati Divinæ est talis cogitatio!
11. Gloria in confusione ipsorum, qui ter-  
ram sapiunt.
12. Nam multò quidem altiori fine Deus  
homiaem condidit, & redemit.
13. O si homines saperent, & intellegerent,  
& si

¶ finem suum ac beneficium creationis , & ventrem carere indigentia , dormire , vivere , redemptionis suae agnoscerent , & ut par est , sanum esse , generare .

xviii. estimare vellent !

14. Deus dedit intellectum homini , & firmavit oculos suos super eum , ut non sit sicut equus & mulus , quibus non est intellectus , ad cognoscendum Creatorem suum .

15. Intellectum quidem , ut agnoscet Deum ac Dominum suum .

16. voluntatem , ut illum diligenter , & Cœlestia solūm appetentes .

17. Memoriam , ut illius , ac beneficiorum ejus , semper recordaretur .

18. Sensum , ac vires tum corporis , tum animæ , ut hæc omnia ad nominis ejus gloriam converteret .

19. Ecce fñas , ad quem homo conditus est . Nempe ut Dominum Deum suum laudet , & reveratur , eique serviens , tandem salvus fiat .

20. Constitutus est in hoc stadio , ut strenue currendo , & certando , tandem accipiat bravium , & coronam justitiae .

21. At ò cœci , & infelices , qui non sapiunt , nec intelligunt hæc , adeoque nihil minus curant , quam id , cuius gratiæ conditi sunt .

22. Et quasi in vanum acceperint animas suas , ita circa præsentia solliciti sunt , & toti in his occupantur , quæ inquirunt gentes , quæ ignorant Deum !

23. Unde ita corrupti vivunt , & abominabiles fiunt in studijs suis , quasi non sit Deus , & non sit Scientia in excelso .

24. Vel quasi unus sit interitus hominis & jumenti , & æqua sit utriusque conditio : adest raro , vel nunquam Cœsum , & Cœli præmia cogitant !

25. Considera quæsto vanitatem hominum fulto & inani labore se consumentium : se-minant multa & inferunt parum : colligunt mercedes suas , & mittunt eas in faceulum pertusum .

26. Statuunt cœlos suos declinare in terrā , & malunt laborem pro vili stercore , quam pro honore & amore Dei , ac premio vita æternæ .

27. Malunt inanem gloriam venari , quibus promittitur æterna .

28. Pesori quid bonum est , nisi implere

29. Tale tu bonū queris cohaeres Filij Dei & gaudes quia socius es pecorum .

30. O quam pauci serid cœdiunt vias suas , ut non delinquent in lingua sua ! unius verò lingvæ damna & delicta , nulla lingvare censere valet .

31. Sed hoc pauci cogitant , quamvis experientiā didicerint , in multiloquio non defēse peccatum : quantumvis æterna veritas edixerit , de omni verbo etiam otioso reddendam esse rationem .

## J U L I U S .

1. O quam multorum animas oculi depravati sunt ! Eva , Dina , David , & plerique alii tibi exemplo sint ; nam felix & sapiens est , qui ex alieno melo cavit suum .

2. Quantam partem damnatorum , concupiscentia & voluptates carnis ad æterna supplicia præcipitavit !

3. Quoniam omne , quod est in mundo , concupiscentia carnis est , & concupiscentia oculorum , & superbia vitez .

4. Tu igitur averte oculos tuos ne videant vanitatem .

5. Abstine à lite , & minues peccata : 6. Multi ceciderunt in ore gladij , sed non sic , quasi qui iaterierunt , per lingvam suam .

7. Sepi auree tuas spinis , & lingvam nequam noli audire , & ori tuo facito estia , & feras auribus tuis .

8. Verbis tuis facito stateram , & frænos orи tuo rectos : & attende , ne forte labaris in lingva .

9. Castringa corpus tuum , & in servitutem redige .

10. Qui enim sunt Christi , carnem suam crucifixerunt .

11. Spiritu ambulate , & carnis desideria non perficietis .

12. Caro enim concupiscit adversus spiritum , spiritus autem adversus carnem , haec enim sibi in vicem adversantur .

13. Manifesta autem sunt opera carnis ; quæ sunt fornicatio , immunditia , impudicitia , luxuria , Idolorum servitus , Veneficia , inimicitiae , contentiones , emulationes , iræ , rixæ , diligencie

dissensiones , Sectæ , invidiae , homicidia , ebrietates , cornesfationes , & his similia , quæ qui agunt , Regnum Dei non confequuntur.

14. Usquequid proinde claudicatis Filij hominum in duas partes ? si Deus est Dominus tuus , toto corde sequere Deum : si quid aliud mavis , vel amas supra Deum , & Christum , quid titulo Christiani gloriari?

15. Nemo enim potest duobus Dominis servire , maximè , inter se priorsus oppositis , ut est Deus & dæmon.

16. Sed nec Neutralem esse in hac pugnaciet. Ait enim Christus : Qui non est mecum , contra me est.

17. Ergo necesse est , ut tibi eligas pro Domino , cui servias , aut mundū , & ejus complices , aut Deum solum.

18. Antequam autem alterutri servire eligas ( utrique enim non poteris , sed neq; neutri ) vide , quis & qualis Dominus sit , cui servitium tuum addicere velis , quis illorum plus promittat , quis majora & molestiora obsequia exigat ? quis magis meritus sit , cui serviantur ? Hæc enim in omnibus servitium querentibus , aut ad illud necessitatis requiruntur . Quod ut aſtequaris sequentes veritates nota.

19. Deus est efficientia verax : Diabolus mendax est , & mendacij Pater.

20. Deus mentiri non potest : Diabolus cùm ex proprio loquitur , semper mendacium loquitur.

21. Tres sunt , qui testimonium dant in Cœlo ; Pater , Verbum , & Spiritus Sanctus : & hi tres unum sunt . Tres sunt , qui testimonium dant in terra , Diabolus , mundus , & Caro , & hi tres idem sentiunt .

22. Et scimus quia verum est testimonium illorum : & experimur quia falsum , ac erro-neum est testimonium horum .

23. Deus nec decipit , nec decipitur : Mundus & decipit , & decipitur .

24. Vult Deus omnes salvos facere : Intentit Dæmon omnes homines perdere .

25. Sic Deus dilexit nos , ut filium suum unigenitum nobis daret . Sic Dæmon odit nos , ut odium hoc inexplicabile sit .

26. Verbum Caro factum est , ut nos ab æterna damnatione eriperet : Lucifer ex An-ge-lo Diabolus factus est , ut homines secum ad interitum traheret .

27. Spiritus Sanctus docet nos omnem veritatem . Mundus , Caro , & Dæmon suggestus nobis omnem salitatem .

28. Spiritus est , qui vivificat : Caro autem non prodest quidquam , & corpus , quod corruptitur , aggravat animam .

29. Christus est lux vera , quæ illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem : Mundus est Dux cœcorum , & ipse cœcus : cœcus autem dum cœco ducatum præstat , ambo in foveam cadunt .

30. Deus est fidelis in promissis : Mundus est fallax , dæmon est mendax ; caro non percipit ea , quæ Dei sunt .

31. Deus est immutabilis , apud quem non est vicissitudinis adumbratio : Transit Mundus & concupiscentia ejus .

## A U G U S T U S .

1. Sapientia mundi stultitia est apud Deum Sapientissimum . Sapientia Dei stultitia est censetur apud mundum insipientissimum .

2. Hæc autem est vera , & à Deo data Sapientia , ut contemnentes mundum tendamus ad Regna Cœlestia .

3. Qui voluerit esse amicus hujus sæculi , inimicus Dei constituetur .

4. Qui divites volunt fieri in hoc sæculo , incident in tentationes & laqueos Diaboli .

5. Et si dives fuerit , immunis à delicto non erit .

6. Facilius est transire Camelum per foramen acūs , quam divitem intrare in Regnum Cœlorum .

7. Qui amat aurum , non justificabitur .

8. Nihil est iniquius , quam amare pecuniam .

9. Beatus vir , qui post aurum non abiit , nec speravit in pecuniae thesauris .

10. Beati pauperes spiritu , quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum .

11. Beati mites , quoniam ipsi possidebunt terram .

12. Beati qui lugent , quoniam ipsi consolabuntur .

13. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam , quoniam ipsi satiabuntur .

14. Beati misericordes , quoniam ipsi misericordiam consequentur .

15. Beati Bea-

16. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

17. Beati Pacifici, quoniam filii Dei vobantur.

18. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum.

19. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversus vos mentientes, propter me gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis.

20. Omnis qui irascitur Fratri suo, reus erit iudicio.

21. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit confilio.

22. Qui autem dixerit Fatue, reus erit gehennæ ignis.

23. Sol non occidat supra iram vestram.

24. Qui viderit mulierem ad concupiscentiam eam, jam mœchatus est eam in corde suo:

25. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te, expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.

26. Et si manus tua scandalizat te, abscede illam & projice abs te, melius est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem in gehennam.

27. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum, bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam.

28. Sit sermo vester, Est, est, Non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.

29. Si quis te percussit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

30. Et qui vule tectum in Judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

31. Et quicunque te angariaverit milie passus, vade cum illo alia duo.

### SEPT. E. M. B. E. R.

1. Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos.

2. Orate pro persequentiibus & calumni-

antibus, ut fitis filii Patris vestri, qui in Cœlis est, qui solem suum oriri facit super bons & malos, & pluit super justos & injustos.

3. Este ergo perfecti, sicut Pater vester Cœlestis perfectus est.

4. Attendite, ne justitiam vestram faciat is coram hominibus.

5. Et faciente te Eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua: ut sit Eleemosyna tua in abscondito.

6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis Pater vester Cœlestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

7. Si charitatem non habuero, nihil sum.

8. Quærите primum Regnum Dei, & justitiam ejus, & cetera adjicientur vobis.

9. Omnis arbor, quæ non fert fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

10. Aeterna Sapientia dictum est. Qui amat Patrem aut Matrem plus, quam me, non est me dignus.

11. Et qui non accipit Crucem suam & sequitur me, non est me dignus.

12. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui judicet eum. Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo.

13. Qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam possidebit eam.

14. Si quis vult venire post me, tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

15. Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrabis in Regnum Cœlorum.

16. Regnum Dei vim patitur, & violenti possident illud.

17. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata.

18. Videte, & cavete ab omni avaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita ejus est.

19. Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

20. Oportet semper orare, & nunquam deficere.

21. Nisi granum frumenti in terra mortuum fuerit, ipsum folium manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.

22. Multi sunt vocati; pauci verò electi.

23. Vigili-

23. Vigilate, quia nescitis, quā horā Dominus vester venturus sit.

24. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine: intrabit in Regnum Cœlorum; sed qui fecerit voluntatem Patris mei.

25. Contendite intrare per angustam portam.

26. Quā angusta & arcta est via, quae ducit ad vitam, & pauci in veniunt eam!

27. Quām lata porta & spatiovia est, quae ducit ad perditionem, & multi vadunt per eam.

28. Nolite judicare, & non judicabimini: in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini.

29. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit.

30. Nolite Thesaurizare vobis thesauros in terra; sed in Cœlo.

## O C T O B E R.

1. Hujus mundi autem sapientia est: Cor machinationibus fovere, sensum verbis veclare, quæ falsa sunt, vera ostendere, quæ veritas sunt falsa demonstrare.

2. Mundus sibi obsequientibus, præcipit honorum culmina quærere.

3. Svatet, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere.

4. Consultit, irrogata ab alijs mala, multipliciter reūdere.

5. Docet, cùm vires suppetunt, nullis resistentibus cedere.

6. Quidsi verò vires resistendi defint, quidquid explore per malitiam quis non vallet, hoc in pacifica bonitate simulare.

7. Omne, quod innocenter agitur, à mundo scutatum putatur.

8. Et quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiae fatuum sonat.

9. Ab hujus mundi Sapientibus, puritatis virtus fatuitas creditur.

10. Deridetur à mundo, ut simplicitas, iudiciorum sapientia: nō per ostentationem fingere, sensum verbis aperire, vera ut suad diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere, magna libertius tolerare, quām facere, nullam ultionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare.

11. Quid namque Rultius videtur mundo, quām mentem verbis ostendere, nō calidâ machinatione simulare, nullas iurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti, alteram maximam præbere?

12. A mundo duplicitatis iniquitas, nomine prudentia palliata diligitur ac estimatur, & mentis perversitas urbanitas vocatur.

13. Mundi hoc consilium est: venite & fruatur bonis, quæ sunt, & utamur creaturâ, tanquam in juventute celeriter, nullum pratum sit quod prætereat Luxuria nostra.

14. Mundi axioma est: Cūm te mortalem noveris, presentibus exple delicijs animis, post mortem nulla voluptas.

15. Caro concupiscit in omnibus adversus spiritum.

16. Carnalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus.

17. Qui facit peccatum, ex Diabolo est, quoniam ab initio Diabolus peccat, & homines ad peccandum inducit.

18. Primum autem & palmarium id agit hostis hic, ut opum cupiditatem in homine accendat, ut sic per eam ad omne flagitium viam paret.

19. Ex opum namque cupiditate nascitur ira, fraus, perjurium, injustitia, inquietudo mentis, duritia in pauperes, ariditas & distractio in oratione.

20. Ex opibus congettis oritur superbia, & superbia hypocrisis, ambitio, aliorum contentus, tristitia de secundis proximi successibus, judicij proprij tenacitas, & alia plurima vita.

21. Jam vide, quid Deus tibi promittat pro servitijs sibi-fideliter exhibitis, quid mundus, caro, & Dæmon? & quidem ille verax, & potens præstare ea, que promittit, hic falax, ista fragilis, & imbecillis, iste mendax: omnes, nec illud modicum quod promittunt, præstare valentes.

22. Promittit mundus honores, sed incertos, eosque transitorios! Deus autem æternos & certos eosque maximos. Nimis enim

honosificati sunt amici ejus, & qui ministrat Christo, honorisicabit eum Pater ejus.

23. Pollicetur mundus laudes, sed fucatas, inanæ ac vanas: promittit Deus laudes veras & æternas, & glorificantes se glorificat.

24. Offert mundus spes, sed dubias & falaces: spes autem quæ in Deo est, non confundit in æternum.

25. Addit mundus dignitates, sed imaginarias, & vix evenibilis. Deus ex servis suis facit Reges ac hæredes Regni Cœlestis ac Christi cohæredes.

26. Promittit mundus thesauros, sed quos sibi subripit, hostis eripit, tinea & ærugo consumunt, incedium absumunt. Deo fervientes thesaurizant sibi tales thesauros, quos nec sibi auferunt, nec tinea, nec ærugo consumunt.

27. Promittit mundus divitias, sed quæ cum dolore acquiruntur, casibus mille deperduntur, in timore possidentur, cum dolore amittuntur. Has autem infinitè superant divitiae Cœlestes.

28. Promittit mundus gaudia, sed quorum extrema luctus occupat. Deus gaudijs suis satiat. Satiabuntur enim, cum apparuerit gloria Dei: ubi nobis dixerit: Euge serve bone intra in gaudium Domini tui.

29. Promittit mundus vitam longam, quæ in potestate ejus non est, & quæ multis miserijs expeditam, quam ve mors abbreviabit præter spem tuam. Deus vero dat vitam suis immortalem, & cujus non erit finis: vitam in qua nullum aderit malum, aderit omne bonum.

30. Pollicetur mundus bona, sed caduca, & merè apparentia, & haec ipsa & integræ, nec cunctulata. Deus dat suis omnia bona, & talia, que nec oculus vidit, nec auris audivit, & quæ nec in cor hominum descendenterunt.

31. Offert mundus ac caro potūs & cibi voluptatem: sed quæ sequitur cumulus mortuum. Deus torrente voluptatis potabit suos, & inebriabit illos ab ubertate domus suæ.

32. In qua mansioes multæ, & cujus Civitas non eget sole, neque lunâ, ut luceant in ea; nam claritas Dei illuminavit eam, & lucernæ ejus est Agnus Dei.

33. Ubi nulla hyensis & æstatis est vicissimdo, nullus æsus, nullum frigus, nulla æris incommoditas.

34. In qua nullus dolor, nullæ invalitudo, nullæ molestia corporis, nullus timor mortis.

35. Ipsa Civitas æstrum mundum, simile vitro mundo, & fundameata mari Civitatis omni lapide pretioso ornata.

36. O pulchra Cœli patria! ô beata superum sedes!

37. Quæm dilecta Tabernacula tua: Domine viretum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini!

38. Quæra mihi sorbet terra, doce Ciclopa aspicio!

39. Mirum proinde est, & maxime mirum, homines reperiri, ratione præditos, quos fluctuarum rerum amor in Cœli hujus oblivionem inducit.

40. Promittit mundus ampliæ hæreditatis successionem, quam mors brevi rapiet, & ex quibus te ad versarius, lite, aut vi exturbabit. Deus te vult facere hæredem Regni Cœlestis in æviterna perpetuitate.

41. Proponit mundus & caro ac Diabolus voluptates, sed turpes, & brutalès; illæ quæ Deus dat servis suis, sunt incomparabiliter majores, & quæ tam corporis, quam animæ, & quædem cœlestes.

42. Reveræ non sunt condignæ passiones hujus temporis, ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

43. Id enim, quod in presenti est momentaneum & leve tribulationis, supra modum in sublimitate, æternum gloriae pondus operatur in nobis.

44. Sed ecce, prohi dolor! promittit Deus summa ac æterna, & torpescunt mortalium corda.

45. Promittit mundus temporalia & parva, & servitur illi aviditate magna.

46. Pro modica præbenda longa via curritur.

47. Et pro æterna vita à multis vix pes semet à terra levatus.

38. VIII

## NOVEMBER.

1. Proponit suis mundus magnificas ædes, & commoditates in habitatione, quas repente ignis in cineres redigere, inundatio evertere, aut hostis devastare poterit. Sed ô quam magna est Dominus Dei & ingens locus possessionis ejus!

18. Vile pretium queritur, pro uno nū  
minante interdum turpiter litigatur, pro va-  
nare & parva promissione, diu noctuque fa-  
tigari non sicutur.  
 19. Ast pro bono incomparabili & prēmio  
inæstimabili, pro summo honore & gloria in-  
terminabili vel ad modicum fatigari pigri-  
tatur.  
 20. Reprehenditur frequēter mundus, quod  
fallax sit & vanus; non tamen facile relin-  
quitur.  
 21. Scitur, quod Dæmon sit mendax; &  
tamen illi creditur.  
 22. Constat, quod caro sit fragilis, & pro-  
na ad peccatum; & tamen illi fidetur.  
 23. Credimus, quod Christus sit Via, Veri-  
tas & Vita: & quidem via in violabilis, & ta-  
men per eam non imus: veritas insallibilis,  
& tamen factis credere nos negamus: vita in-  
terminabilis, & tamen hanc non amplecti-  
musr.  
 24. Fide tenemus, quod Christus sit Lux  
mundi, & lux in tenebris lucens, & quod mun-  
dus sit tenebra; & tamen homines magis eli-  
gunt tenebras, quam lucem.  
 25. Habet quidem Jesus nunc multos ama-  
tores Regni sui Coelestis, sed paucos bajulato-  
res sue Crucis.  
 26. Multos habet desideratores consolatio-  
nis, sed paucos tribulationis.  
 27. Plures invenit socios mensæ, sed pau-  
cos abstinentiæ.  
 28. Omnes cupiunt cum eo gaudere, pau-  
ci volunt pro eo, aut cum eo aliquid susti-  
nere.  
 29. Multi Jesum sequuntur ad fractionem  
panis, sed pauci usque ad bibendum calicem  
passionis.  
 30. Aut ergo mundus fallitur; aut Christus  
errat. Christus errare non potest. Igitur mun-  
dus fallitur, ac simul multos fallit.

## D E C E M B E R.

1. Sola salus servire Deo, sunt cœtera fra-  
des.  
 2. Relinquamus ergo tenebras, qui solem  
querimus, deseramus fumum, qui lumen  
iequivour, contemnamus mundum, qui Deo  
placere cupimus.  
 3. Nos igitur diligamus Deum, quoniam  
Deus prior dixit nos.  
 4. Si diligitis me, mandata mea servate.  
 5. Quis nos separabit à charitate Christi: tri-  
bulatio? an angustia? an famæ? an nuditas?  
an periculum? an persecutio? an gladius?  
 6. Amanti Deum nihil est difficile.  
 7. Diliges Dominum Deum tuum ex to-  
to corde tuo, ex tota anima tua, & ex totis  
viribus tuis.  
 8. Deus diligentes se diligit.  
 9. In hoc apparuit charitas Dei in nobis,  
quoniam Filium suum unigenitum misit De-  
us in mundum, ut vivamus per eum.  
 10. Si sic Deus dilexit nos: & nos debemus  
alterutrum diligere.  
 11. Si diligamus invicem: Deus in nobis  
manet, & charitas ejus in nobis perfecta est.  
 12. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum:  
& fratrem suum oderit, mendax est.  
 13. Et hoc mandatum habemus à Deo: ut  
qui diligit Deum, diligat & proximum suum.  
 14. In hoc cognoscimus, quoniam diligi-  
mus natos Dei: cùm Deum diligamus, &  
mandata ejus faciamus.  
 15. Hæc enim est charitas Dei, ut mandata  
eius custodiamus: & mandata ejus gravia non  
sunt.  
 16. Sive ergo manducatis, sive bibitis,  
( monet Apostolus ) sive aliud quid facitis, o-  
mnia ad gloriam Dei facite.  
 17. Quidquid tibi evenerit, ceu Deus im-  
misisset, accipias.  
 18. Dei voluntas & beneplacitum, est regu-  
la; cui quidquid conforme, bonum; quid-  
quid difforme, malum est.  
 19. Scimus autem, quoniam diligentibus  
Deum, omnia cooperantur in bonum, ijs.,  
qui secundum propositum vocati sunt San-  
cti.  
 20. Corpus credis medico, cùm in mor-  
bum incidisti; litera juris perito; vitam dum  
in mari periclitaris nauclero; viam, quam  
non nōsti, vel uni pueru; & dubitabis te in  
manus Dei consignare fidenter, quæ falli &  
fallere nesciæ, quæ Paternæ, quæ potentissi-  
mæ sunt, & benignissimæ?  
 21. Nihil accidit tibi per omnem vitam,  
aut accidere poterit; quin illud præviderit  
Deus?

- Deus: Deo enim nihil improvidum, nihil  
 non prævisum.  
 22. Amori Dei, timorem ejusdem adjunge:  
 qui enim timorem Dei postponit, diu sta-  
 re in bono non poterit.  
 23. In omnibus rebus respice finem, &  
 qualiter stabis ante Deum districtum Judi-  
 cem.  
 24. Frequenter repeate illud cum Regio Va-  
 te: Confige timore tuo carnes meas, à ju-  
 diciis enim tuis timui.  
 25. Aut illud: Non intres ia judicium  
 eum servotu, quia non justificabitur in con-  
 spectu tuo omnis vivens.  
 26. Nihil enim erit tam minutum & exile  
 in verbo, cogitatione, & opere, quod non o-  
 mine hic Iudex sit rimaturus.  
 27. Et si justus vix salvabitur, quomodo  
 tu peccator coram eo subsistes?  
 28. Astra enim non sunt munda coram eo:  
 In Angelis suis reperit pravitatem: ipsas etiam  
 justicias dijudicat; scrutatur corda & re-  
 nes; ac intentionum quoque rimatur fibras.  
 29. Nolite timere eos, qui occidunt cor-
- pus, animam autem non possunt occidere:  
 sed potius timete eum, qui potest, & animam  
 & corpus perdere in gehennam.  
 30. Lauda Dominum tuum temper, quo-  
 niā bonus, quoniam Sanctus, quoniam mi-  
 sericors, quoniam omnipotens, quoniam sa-  
 pientissimus, quoniam omniscius, quoniam  
 Ens perfectissimum, carens omni imperfec-  
 tionē, & omnem in se continens perfectio-  
 nem.  
 31. Pro Complemento hujus anni, Nota  
 parabolam illam Christi: arborem fici habe-  
 bat quidam plantatam in domo sua: & ve-  
 nit querens fructum in illa, & non invenit.  
 Dixit autem ad cultorem Vineæ, Ecce anni  
 tres sunt (& quid si plures) ex quo queror  
 fructum in fucilnea hac: & non invenio.  
 Succide ergo illam: utquid etiam terram oc-  
 cupat? At ille respondens dicit illi, Domine  
 dimitte illam & hoc anno, usquedum sodi-  
 am circa illam, & mittam stercore, & si qui-  
 dem fecerit fructum: sin antem, in futurum  
 suçides eam. Parabolam hanc tibi appli-  
 ca.



## DISSERTATIO POLEMICA ALTERA.

### QUESTIO I. POLEMICA.

*Quomodo Duci Belli inveniendum sit Tempus lucentis Luna, seu hora,  
 quibus noctu Luna luceat?*

**N**on mediocriter juvat Ducem Belli, ut sciat, quot horis Luna, datâ  
 quâcunque nocte luceat; proderit enim id illi ad commensurandum  
 tempus, vel pro subducendo noctu Exercitu, in casu necessitatis &  
 periculorum, vel pro eodem promovendo, ad invadendum Castra hostilia: id  
 autem hâc ratione, quis assequi poterit: ætas Lunæ, hoc est dies, quot jam  
 traesiére ab initio Novilunij, vel si post Plenilunium sit dies, quot restant ad  
 30. usquè, multiplicentur per 5. & numerus inde productus dividatur per 6.  
 Quotiens enim indicabit horas, quibus nocte illâ Luna splendebit, & si suprà sint  
 aliquet

aliquot unitates ex hac divisione, ea indicabunt totidem partes sextas unius horæ, quibus præterea Luna splendet illâ nocte. Loquimur autem hic de horis inæqualibus, quibus olim Romani utebantur, noctem quamcunque, vel diem in 12. partes dividendo, quæ præterea dictæ sunt inæquales, quia prævaria diei, & noctis magnitudine, ipsæ quoque variae erant, adeoque inæquales, non quidem inter se comparatæ, sed horas unius noctis aut diei, cum horis alterius noctis aut diei comparando. Porro ante Plenilunium horæ computandæ sunt post occasum Solis: post Plenilunium autem ante ortum Solis. Quod si quis voluerit horas has inæquales revocare ad æquales 3. Numerum horarum æqualium illius noctis ( nempe quot percurrent ab occasu Solis præcedentis dìci, usque ad ortum Solis subsequentis dìei ) multiplicat per 60. ( scilicet minuta ) ac productum dividat per 12. & habebit, quæ Minutorum sint singulæ illæ horæ inæquales. Quantitatem illarum horarum inæqualiarum multiplicet iterum per numerum earundem, prodibit summa. Minutorum totius temporis lucentis Lunæ eâ nocte: quam summam si diviserit rursus per 60. ( quot scilicet Minuta una æqualis hora in se continet ) habebit in quotiente numerum horarum æqualium, & si quæ unitates superfluerint, Minuta ea- rundem horarum.

## QUESTIO II. POLEMICA.

*Quæstio in ordinario Compasso hora noctis, splendente Lunâ; indaganda sit?*

**N**emo ambigit, quod in Castris, alijsve Expeditionibus militaribus, expiat quæm sepiissime scire, quota noctis, dato quovis tempore, sit hora. Ad hunc autem finem non omnibus est ea facultas, ut rotatilia horologia secum valeant circumferre; communis compassi facilis est comparatio, sed usus illius in ordine ad cognoscendam ex eo horam noctis ad Lunæ lucem, non omnibus, imò sat paucis est notus, quem proinde hic placuit apponere. Horam igitur noctis sic ex eodem indagabis. Primo. Lunâ radiante aptabis Compasum, uti assolet, super aliquo plano, ita, ut acus magnetica in meridiana linea rectè subsistat. 2. Considera horam, quam umbra filii palam facit. 3. Pone deinde Indicem Lunæ, quæ in superiori parte Compassi affigi solet, ad numerum ætatis Lunæ. 4. Quære in semicirculo superiore Indicis Lunaris numerum illius horæ, quem filum Compassi demonstrabat, & observa, quotus numerus illi in circulo intermedio correspondeat, is enim horam quæstiam indicabit.

## QUESTIO III. POLEMICA.

*Quemodo latitudo fluminis, vel fossæ, Civitatem aliquam, aut Muni-  
tionem ambientis, sit exploranda?*

**L**Icet varijs modis id fieri possit, ex ijs tamen duos tantum, eosque simpliores, & faciliores hic seligemus. Et quidem. Primò. Tota hæc res confici potest, nullo etiam advertente, ab aliquo perambulante circa fossas Mœniorum, vel in ripa fluvij illius, cuius latitudo est dimetienda, per solum pileum latum, quem quis in capite gestat, idque hæc ratione: Stans erectus ad ripam fluvij, vel fossæ alicujus, respice in alteram ejus partem, & extremitatem pilei capiti impositi tamdiu deprime, vel eleva, donec radius visualis illam extremitatem pilei radat, & terminetur ad alteram partem, seu ripam fluvij, vel fossæ. Secundò. Manente eodem corporis, ac pilei situ, verte te ad planitie, atque in ea nota signum, in quod terminatur radius visualis, radens eandem extremitatem pilei. Tertiò. Metire postea spatiū terræ inter te, & signum notatum in dicta planitie, huic enim spatio æqualis est fluvij, vel fossæ latitudo. Alter modus securior, & adhuc facilior, est talis. Primò. ad ripam fluminis, vel fossæ erige perpendiculariter baculum, quem gestas, & facta in eo fissurâ, infige illi bacillum aliquem minorem. Secundò. Applicato oculo ad baculum respiciendo supra dorsum bacilli, eleva, ac deprime eum intra fissuram tamdiu, donec radius visualis cadat in alteram ripam, sive partem fluvij, vel fossæ. Tertiò verte baculum, sic immoto prorsus manente infixo illo bacillo, & applicato rursus, ut prius, ad baculum oculo, respice per bacilli illius dorsum, in signum aliquod in opposita planitie: Quanta enim fuerit signi hujus distantia à te, tanta etiam erit latitudo illius fossæ vel fluminis.

## QUESTIO IV. POLEMICA.

*Quenam observanda sint circa rescissiones internas Munitionum  
tempore obsidionis?*

**U**Ltimum refugium est, quoties aliqua Munitio oppugnatur, imò & expugnatur, facere rescissiones internas, quibus obfessi se tegant, non vasque semper, ac novas hostibus moras injiciant. Unde rescissio nihil aliud est, quam intrapriores munitiones, quas hostis impugnat, vel etiam jam expugnavit, noviter erecta munitio. Igitur circa dictas rescissiones hæc sunt observanda. 1. Rescissiones hæc sicut maturè, quoties prævidetur, quam maximè in partem adversarius suam impugnationem dirigat; nam, si tumul-

tumultuariè fiant, solidari non poterunt. 2. Figura rescissionum varia est, prout situs loci, & quantitas, ac qualitas terræ, ac materialium patitur. Pos- sunt igitur, vel eandem prorsus figuram habere, quam munitiones principales, vel diversam; sic potest fieri secundum propugnaculum interius, intra, vel post principale propugnaculum exterius, Revalinus intra Revalinum, & sic de alijs; vel intra propugnaculum novus Revalinus, aut forcipula, aut opus cornutum, vel coronatum. 3. Notandum est hujusmodi rescissiones non requirere plures Præsidarios, quām si eæ abessent, neque enim utiles sunt, adeoque nec defendi debent, nisi occupatā priùs ea in unitione, in qua continentur, adeoque propugnari possunt ab ijsdem, à quibus priores munitiones propugnabantur. 4. Inter munitionem occupatam, & rescissionem, ali- quid semper spatiū relinquendum est, quælibet enim rescissio fossa instruī debet. 5. Si fieri potest, sic construantur, ut ab aliqua alia statione defendantur. 6. Debent rescissiones hæ patere, quæ Urbem spectant. 7. Nonnunquam par- tes Munitioñis conquassatae adhibentur, ut opus rescissum perficiatur. Sie ex residua parte propugnaculi disjecti in apice efformari potest duplex forceps, vel simplex, quæ fossam habeat. 8. Etiam postquam totum occupatur propu- gnaculum ab hoste, intra ipsam Urbem posse fieri adhuc similes rescissiones. 9. Nunquam relinquenda est vetus Munitio licet conquassata, nisi in extrema necessitate, unde omnia adhibeantur, quæ moram possint injicere hosti, ad e- jusdem occupationem. 10. Ad hunc finem excitantur pali Horizontaliter in- fixi, statuuntur dolia lapidibus, vel terrā repleta, ad obcessos tegendos, quæ post- quam nullus restat ulterioris defensionis locus, præcipitantur, ut multos hos- tes opprimant; Muricibus item obstruitur aditus, dum autem deseritur rui- na, dato signo, ex alijs stationibus exploduntur in hostē musquetæ ac tormenta.

## QUESTIO V. POLEMICA.

*De Granatis Manualibus.*

**M**Anuales Granatæ, sphæræ sunt, seu globi ejus magnitudinis, ut facie manu militis prehendi, & emitti in hostem possint; usus earum præcipuus est, dum hostes impressionem in Urbem faciunt, vel conferti in exercitum irrumptunt. Fiuat igitur globi ferrei, vel cuprei, vel vitrei, intus vacui, quorum diameter trium digitorum, crassities decimæ aut duodecimæ partis diametri, foramen Granatæ duas nonas diametri obtinet. In quod inseritur Tubulus ligneus, cuius latitudo est duorum trientum ejus dia- metri, vacuum tubuli  $\frac{1}{2}$  diametri habet. Granata tota pulvere pyro gra- natulo impletur, tubulus autem pulv're pyro communi cum salis nitro & ful- phure æqualiter mixto. Firmatur deinde tubulus circa foramen glutine 'com- posito

posito ex 4. partibus picis nigræ, ac colophoniæ partibus 2. terebinthinæ parte 1. ceræ parte 1. Ubi tubulus fuerit bene firmatus, & oneratus suâ materiâ, in summitate tubi, pulvere trito inspergitur, & aqua glutinis, ut firmiter inhaereat. Postremo, ubi opus fuerit, accenditur hic pulvis, mox in hostem granata projicitur, & ubi ignis ad imum pervenerit, granata dabit luum effum.

## QUESTIO VI. POLEMICA.

*Cur majora: Tormenta longius suos globos ejaculentur, quam minora?*

**M**ajoritas Tormentorum non accipitur hic secundum longitudinem, sed secundum majorem magnitudinem orificij Tormenti, seu diametri ejusdem. Certum autem est, & experientia comprobatum. 1. Quod, quo globus tormenti bellici major fuerit, eo etiam ad majus spatiū eum explodi. 2. Quod, si plures ab eodem tormento minores globi explodantur, non ferantur ad tantum spatiū, quantum unicus globus, adē quans diametrum ejusdem tormenti. 3. Quod ejusdem magnitudinis globi, quo minoris ponderis fuerint, eo etiam ad minus spatiū, & minori velocitate ferantur. Quorum omnium ratio Physica est assignanda: & primi quidem est hæc ratio, quia minori globo ejusdem materiæ, facilius resistit aer, quam majori, quod svadetur ex motu gravium deorsum; nam si duo globi in aequali materia simul dimittantur ē sublimi, minor non nihil tardius feretur: quamvis hæc differentia non sit ita perceptibilis in suo descensu gravium, ac in motu globi ex tormento excussi ob celeritatem nimiam.

Ratio vero secundi est. Quia quanto plures globi minores proximiori emituntur, illis pariter magis resistit aer, eo quod occupent majorem aëris superficiem, simul divisi, quam si unicus ex ijs omnibus conflaretur globus, major autem superficies aëris, ceteris paribus, virtuti motrici magis resistit, quam superficies aëris minor. Ergo:

Ratio demum tertij est. Quia quo globus in specie est gravior, eo gravitate sua melius medio resistit, ac impedit, quo minus jam inaccensus pulvis erumpat, adeoque plus etiam de impetu eidem hæc ratione imprimitur. Confirmatur hæc ratio experientia, nam dum exploditur bombarda sine globo, non edit strepitum dimidium illius, quem producit, dum globo instruitur.

De globo plumbeo est etiam peculiaris ratio, cur longius feratur ex eodem, aut similis superficie, & longitudinis tormento, quam ferreus. Quia is vi adigi potest in cannam, ita, ut omnem exhalationi exitum deneget, adeoque majori vi excutiatur ab accenso pulvere, quod non præstat glans ferrea.

fine periculo perfringendæ canæ. Sic etiam singularis ratio est, cur globus ligneus ad tantum spatiū non ejaculetur, ac ferreus ejusdem tormenti, nempe; quia non est capax tanti impetus, eò quod si tantum imperum conciperet, periculum esset, ne partes separentur ab invicem, sicque globus dissiliret, præterquam, quod globus ligneus prius ejiciatur, quam totus pulvis accendatur, & quia est levior, & porosior, magis etiam eidem aëri resistit.

## QUÆSTIO VII. POLEMICA.

*An ventus obliquè in globum ex bombarda, vel tormento explosum incurvens, ictum reddat obliquum?*

**R**espondendum, id necessariò evenire: si enim aër resistet globo in directum pergenti, motumque ejus retundit, necessè est, ut etiam ventus, præsertim vehementior à latere in eum impingens, impetum eidem imprimat, ex una parte in alteram obliquè aliquantulum eum inflectentem, quod maximè contingit, si tormentum fuerit elevatum ad medium elevationem, seu ad angulum 45. graduum, ita, ut globus in aëre maximum arçum faciat, magnumque spatiū emetiatur; tuncenim globus in fine fertur lentius, ac consequenter facilius avertitur à suo tramite; unde consequens est, ut in situ elevato, si ventus vehementior obliquè spiret, nonnihil obliquè fiat etiam tormenti collimatio; neque obstat, quod ventus globum quietum, & solo insistentem, nullo modo moveat; id enim facilius præstare poterit in motu globi, qui dependet à qualitate impressa, motum globi ad hanc, vel illam partem determinante; ad idipsum juvat medij raritas; sic etiam ponderosissima navis, quæ alias à plurimis hominibus vix dimoveri potest, in aqua pergens, vel ad unum pueri remi impetum, movetur ad partem unam ex altera.

## QUÆSTIO VIII. POLEMICA.

*An imbecillior sit ictus tormenti dum globus fluvium, lacum, aut paludem transfi?*

**D**icendum omnino ab aëre crassiori retundi impetum globi, adeoque motum illius retardari, & debilitari. Ratio est. Quia eò debilior evadit ictus globi, quod major est resistentia medij dividendi, at qui crassior aëris, cuiusmodi est is, qui crassioribus vaporibus ex flavijs, lacubus, aut paludibus ascendentibus intermiscetur, difficilius dividitur. Ergo tunc debilior, ac brevior evadit ictus. Quantum autem debilitetur, id ex latitudine & magnitudine flavijs, lacüs, aut paludis, & qualitate vaporum ex ijs prodeunt.

tium dependet: volunt nonnulli, si fluvius sit satis notabilis, eum ad quartam partem immiaui, quod maxime verum est, si de jaetu elevato sit sermo.

### QUESTIO IX. POLEMICA.

*Quanam causa sit, quod si ex mari in terram explodatur tormentum, validior ictus evadat, quam si ex terra in mare?*

**R**atio dubitandi hujus experientiae esse posset. Quod idem spatium in utroque casu, globo sit emerendum, eademque sit aeris temperies, & consequenter eadem resistentia. Verum experientiae dictae suffragatur haec ratio. Supponamus enim aerem maritimum crassioresse, terrastrem vero defecatiorem. Dum igitur ex terra in mare exploditur tormentum, initio, hoc est circa tormentum, non est tanta resistentia, atque adeo non accenditur totus simul pulvis, in fine vero, ubi jam langvet impetus a crassiori aere maris, fortius illi resistitur, & consequenter debilitatur. E contra vero, dum ex mari exploditur, circa tormentum resistit aer vaporosus, unde plus pulveris accenditur, fitque validior ictus, in fine autem ictus in rariori aere minutur resistentia, adeoque facilius per eundem globus tormenti fertur. Referunt nonnulli, notatam fuisse tantam differentiam, ut feret quartam partem spatij metiendi adaequare. Quod autem de mari dictum est, idem dicendum est cum proportione, si ex fluvio, vel lacu; aut palude fiat in terram tormenti explosio, & vice versa ex terra in paludem, lacum, fluviumve versus.

### QUESTIO X. POLEMICA.

*Cur globus tormenti navim in aqua supernatantem non penetret iam faciliter, quam murum, vel navim in seco existentem?*

**R**espondeo, id evenire ex eo, quod navis in aqua supernatans non resistat ictui tormenti, sed eidem cedat, deflectit enim ad eam partem, in quam impellitur. Haec autem cessio obtundit ictum, ut videmus in molibus corporibus: v. g. in lana, vel tela, in quibus totus tormenti impetus retunditur. Ex eadem causa provenit, cur vehementius verbetur globo tormenti navis ad nos veniens, quam fugiens.

### QUESTIO XI. POLEMICA.

*An in aliqua determinata distantia validior sit ictus tormenti, vel bombardae, in minori, quam indeterminata distantia?*

**T**enendum est, dum est in minori distantia, validiorēm esse ictum, quam in majori, id tamen provenire ex accidente: in majori siquidem distantia per

cia per motum globi multum aëris commovetur, qui in partem anteriorem de-  
latus, si statim in corpus durum impingat, recurrit rursus in globum, eum-  
que nonnihil remoratur, quod vix ad aliquot passus locum habere videtur.  
Hinc etiam suggesta bellica, quam poterunt, maximè muris disjiciendis ad-  
moveri debent.

## QUÆSTIO XII. POLEMICA.

*An Tormenta crassiora ceteris peribus, ictus validiores efficiant?*

**R**espondendum, Tormenta crassiora, ceteris paribus, & validiorem, &  
aliquantò certiorem ictum efficere. Ratio prioris est. Primo, quia quod  
Tormentum est crassius, eo magis resistit, ne accenso pulvere resiliat;  
Unde tota vis pulveris in globum impenditur, & si quæ in tormentum insu-  
mitur, hæc quasi reflexè in globum regreditur, siveque validior ictus efficitur.  
2. Quia quo tormentum est crassius, eo minus periculum erit ne diffringa-  
tur, atque adeò major copia pulveris pyrii adhiberi poterit pro oneratione tor-  
menti, ex quo validiorem ictum necesse est sequi. Ratio autem secundi est.  
Quia Tormentum crassius, non tam facile retrocedit, aut moverit in exitu  
globi è Tormento, adeoque linea collimationis non tam facile movebitur, &  
consequenter certior ictus erit, minùsque à scopo aberrabit.

## QUÆSTIO XIII. POLEMICA.

*Utrum Tabulatum, in quo stat Tormentum, dum exploditur, debeat esse Ho-  
rizontaliter planum, vel inclinatum; & si inclinatum, utrum tale  
debeat esse ad exteriorem, vel interiorem partem?*

**V**olunt aliqui, ut tabulatum, cui imponuntur Tormenta, sit Horizon-  
taliter planum, hæc ducti ratione: Quod ex retrocessione taliter si-  
tuati Tormenti nullus refundatur error in ictum: retrocedit siquidem in tali casu Tormentum per lineam rectam in directum positam cum li-  
nea, per quam fertur globus: Si verò tormentum sit in situ elevato, hoc est,  
si tabulatum sit acclivè ad partem interiorem, tuoc retrocessio elevabit ictum globi, adeoque aberrabit globus à scopo, in quem est directus, per excessum;  
si autem tormentum sit in situ depresso, hoc est, si tabulatum sit acclive ad  
partem exteriorem, tuoc retrocessio deprimit ictum globi, adeoque aberrabit globus à scopo per defectum. Verum hæc ratio dubitandi, fundatur in  
ea opinione, quæ tenet totum motum retrocessionis tormenti absolvı, prius-  
quam globus è tormento egrediatur, cujus tamen contrarium ostensum est  
superius,

superius, ubi probavimus motum retrocessionis tormenti, & globi simul, uno-  
quicunque impetu fieri.

Fatendum nihilominus est, aliquid erroris, ex illo etiam exiguo motu tor-  
menti, dum globus egreditur, inveniri posse in ictum.

Cum enim eodem praecise tempore, quo imprimitur impetus globo ad de-  
currendum spatiū, imprimatur tormento quoque impetus, quo retrocedit,  
si haec retrocessio fuerit obliqua ad motum globi, eandem obliquitatem im-  
primet, & ipsi globo, vi cuius separatus quoque nonnihil incedit oblique,  
hunc tamen errorem existimo esse modicum. Unde putarem hoc punctum,  
non esse magnae considerationis, præsertim, cum acclivis situs tabulati alias  
insuper sibi annexas habeat commoditates: Nam si haec acclivitas fuerit ad  
partem interiorem, facilis ad suggestum promoventur tormenta; si vero fue-  
rit ad partem exteriorem, facilis promovetur tormentum ad suam fenestram,  
& simul multum minuit illa tormenti retrocessio.

## QUESTIO XIV. POLEMICA.

An globus è Tormento Bellico emissus aliquamdiu feratur per lineam rectam,  
an vero quam primū è Tormento egressus est, incipiat aliquanti-  
per inclinari & descendere?

**R**atio dubitandi nonnullorum est petita ex motu gravium deorsum, qui  
motus praecise non est contrarius Horizontali. Supponantur igitur per  
unum semiminutum secundum, gravia per 4. circiter pedes descendere,  
& per idem semiminutum secundum percurri Horizontaliter à globo e-  
misso quingentorum passuum distantiam, ita, ut non attingatur scopus, ad  
quem dirigitur tormentum, sequitur, quod debeat in tali casu globus in li-  
bero ære volitans descendere & inclinari deorsum, ad 3. vel 4. pedes post  
decursum, distantem 500. pedum per Horizontalem motum. Ergo inferunt  
signum esse, quod quamprimum è tormento egressus est globus, incepit ali-  
quantisper inclinari & descendere, adeoque, quod nunquam feratur per li-  
neam rectam, Mathematicè & in rigore loquendo. Quod confirmant hoc ra-  
tiocinio: Quia post aliquod tempus deficiente parumper impetu globi, defi-  
cit magis, & inclinatur globus: Ergo etiam, dum erat ejus integer impetus,  
inclinabatur tamen aliquantisper, estù insensibiliter: Non enim videtur esse  
major ratio, cur impetus remissior in continuatione ulterioris motus ex. g. 5.  
graduum, non impedit descensum globi, & impetus ut sex, quem habet i-  
nitio egressus è tormento globus, eundem impedit, ac omnem actum gravi-  
tatis, in actu secundo suspendat. Sed tenendum est, globum è Tormento Bel-  
lico

lico emissum , aliquantdu ferri per lineam rectam , idque tamdu , quantumdum impetus eidem impressus , non adaequatur à gravitate ejusdem globi . Post adæquationem autem illam , incipit oblique descendere , eò semper magis ac magis , quò magis ac magis deficit , ac decrescit prædictus impetus eidem impressus , ubi autem totaliter defecerit , globus non jam per obliquum , sed perpendiculararem motum descendet , vi suæ gravitatis deorsum . Ratio est . Quia motus efficitur in actu secundo , secundum qualitatem & vim motivam prævalentem ; Initio autem , dum globus egreditur è tormento , qualitas impressa prævalet ipsi naturali gravitati globi : Ergo , huic nullus , sed soli illi debetur motus Horizontalis rectus : In medio autem utrique virtuti motrici , deficiente scilicet superioritate qualitatis impressæ , debetur motus , sed attempératus , adeoque partim Horizontalis , partim descensivus , seu Horizontaliter obliquus . In fine demum , ubi tota vis perit qualitatis impressæ , deficit motus Horizontalis , & manet solus motus perpendicularis deorsum , gravitati innatæ globo debitus . Confirmatur , quia quando distantia non est magna , attingitur in situ Horizontali ille scopus , ad quem dirigitur tormentum , quod non fieret , nisi omnino suspenderetur gravitatio . Accedit experientia : Nam si ponantur octo , vel decem in lineam rectam circuli , secundum intervallum , quo censetur communiter globus rectè procedere , per omnes globos trajicit , quod similiter nequiret fieri , nisi globus ad aliquod spatium notabile rectam lineam percurreret .

## QUÆSTIO XV. POLEMICA.

*Utrum pars exterior fossæ , utiliter muro cingatur ?*

**I**Ta putant nonnulli , ducti hac ratione , quòd sic impediatur hostis , ut non possit fossam intrare . Sed hæc fortificatio fossæ , videatur nñ aliud esse , quam inutiles expense . Aggressiones siquidem Urbium , & fossarum ab hoste non fiunt per apertas vias ; neque enim hostis nudo pectore infiliet in fossam , sed per accessus , quos sibi effodit , adit fossam , & facile illum murum 4. vel 5. pedum perfringet , ac aditum sibi ad fossam aperiet , quorsum ergo tot sumptus , & tot dierum labor ? Accedit ad hoc insuper etiam aliud incommodum , quia sic obsessis prorsus negatur occasio erumpendi , quem tamen in finem in fortalitijs , quæ moderno tempore ædificantur , pars exterior fossæ solet esse acclivis , ut obsessi eo faciliorem ascensum per illum in hostem irrumpere volentes . Ubi tamen non est firma terra , adhibentur utiliter hæ lapides substructiones , ne terra in fossam ruat , eamque repleat .

QUE

## QUÆSTIO XVI. POLEMICA.

*Utrum Porta Urbis, melius collocentur non procul à propugnaculo, vel in medio Cortinarum?*

**C**um nullus in Fortalitio locus magis muniendus sit, ac Portæ, conseq-  
quens est, ut pro Portis collocandis eligatur talis pars circumferen-  
tiæ Urbis, quæ sit & in se fortior cæteris partibus, & facilius præ mu-  
nitionibus alijs fortificari possit. Unde concludendum est, Portas Urbis, me-  
lius collocari in medio Cortinarum: Cortina enim cæteris partibus est fortior:  
Nam & tota se totam defendit, & ab alijs partibus nempe à facie propugna-  
cotorum, & ab alijs eorundem, & à Revalinis ( ubi iij dantur ) defenditur.

Fossæ quoque inibi sunt latiores, quam alibi, plures quoque fieri possunt  
ex parte illarum fortifications, pluresque adhiberi cautiones ad arcendos ho-  
stes. Jam si Porta collocetur in medio Cortinæ, æqualiter ea distabit à duo-  
bus proximis propugnaculis, adeoque æqualiter ab utroque defendi poterit,  
quo commodo caret Porta non procul à propugnaculo collocata, utpotè ab  
uno propugnaculorum justò remotior. Hinc minus aptus locus adhuc est  
pro porta collocanda, facies Munitionis, vel agger ipse, ordinariè siquidem  
latera, faciesque munitionum primùm invaduntur, portæque hujusmodi que  
dirruuntur, aut à proximis ruinis obruuntur.

## QUÆSTIO XVII. POLEMICA.

*Utrum in oppugnationibus debeat impetrare cortina potius, quam propugnaculum?*

**R**etæ Rationi omnino consentaneum est, debiliores fortalitij obfessi, par-  
tes, cæteris paribus præ fortioribus aggrediendas esse: sic enim & la-  
bor minuitur, & pericula majora evitantur, ac ærario quoque & fa-  
luti Militum consuluntur. Porro debiliores mœniorum aut vallorum partes  
sunt illæ, quæ à paucioribus defendi possunt, fortiores vero, quæ possunt de-  
fendi à pluribus. Item cæteris paribus fortiores sunt illæ partes, quæ magis di-  
recto iœtu defenduntur, quam illæ, quæ obliquo. Rursus alia est fortitudo vel  
debilitas partium Munitionis intrinseca, alia extrinseca: Fortitudo intrinseca  
est ipsa partis constitutio sufficiens ad resistendum hostilibus machinationibus,  
secluso omni alio auxilio, à compartibus vicinis præstanto: seu est partis ta-  
lis dispositio, ut illa sola sine adjutorio aliarum valeat resistere hosti, saltem  
notabiliter, & si non planè inexpugnabiliter; Hæc autem consistit in justa cra-  
sficie, altitudine, & amplitudine Mœniorum, vel vallorum; si enim ista non  
sint satis crassa, facile tormentis permeantur, ac sic propugnatores exponun-  
tur iœti-

tur iictibus hostilibus , & obfessoribus patet insuper aditus in Urbem , post latè perforata mœnia vel valla . Si sunt demissa facile transcenduntur , proinde nec indigent aliâ operosâ oppugnatione ; Si sint angusta , seu non satis ampla , paucos capient propugnatores , unde facile superabuntur , quia Mœnia se sola non defendunt , sed defenduntur à propugnatoribus , sicuti illa sunt pro seculo propugnatoribus : debent præterea mœnia ad hoc , ut habeant fortitudinem intrinsecam , etiam bene esse accommodata pro defensoribus ; alias estò sint sufficienter crassa , alta & ampla , non adeò difficulter expugnabuntur ; nam , ut dictum est , illa se sola non defendunt , sed debent defendi ab hominibus . Hinc patet jam quid sit è contrario debilitas partis alicujus Mœniorum intrinseca . Fortitudo vero extrinseca consistit in eo , quod una pars ab alia defendi possit , quæ tantò major est , quanto ea à pluribus compartibus defendi potest . Debilitas extrinseca appellatur , si quæ pars non possit defendi ab alia , aut parùm , aut incommodè defendi . Hinc deducitur 1. Intrinsecam fortitudinem inanem ferè esse , sine extrinseca , quia se sola non satis defendit , & si non habet extrinsecam , brevi ruinabitur . Deducitur 2. Debiliorem virtutem intrinsecam , meliorem esse , si habeat multam extrinsecam , quam fortē intrinseca , sine omni extrinseca : Quia intrinseca sibi soli relicta , tantum quasi negativè hosti nocet , non admittendo illum , scilicet intra Urbem ; extrinseca vero arcer hostem positivè , nimirūm , dum illum offendit jaculando , alijsque missilibus telis . Deducitur 3. Intrinsecam suppleri posse ab extrinseca , illam vero partem fortissimam esse , quæ utramque fortitudinem , hoc est , tam intrinsecam , quam extrinsecam habet .

His positis , ut ad Quæstionem redeamus . Dicendum est , in oppugnationibus propugnaculum potius impetendum , quam cortinam : Tum quia hæc est fortior reliquis partibus , tum quia à pluribus compartibus defendi potest , uti & ex ipsius cortinæ alis ( si cortinæ sic constructæ sunt , ut his non careant ) , præsertim vero ex casamatis , ex quibus hostis directo iictu etiam tormentis impeti potest , & ab ascensu cortinarum arceri ac repelliri .

## QUÆSTIO XVIII. POLEMICA.

*Uirum , si Propugnaculum impeti debeat , utilius impetratur facies , vel angulus . Propugnaculi ?*

**Q**uæstionis hujus facilis est resolutio ex iam dictis . Nempe utilius impeti propugnaculi faciem , quam angulum : Tum quia facies propugnaculorum debiliores sunt , quam ejusdem anguli ; Tum quia nonnulli ex ala adverti propugnaculi , & aliquantum ex ala cortinæ ( si linea strin gens ad-

gens adsit) defendi possunt, dum hostis propè est; ex facie autem propugnaculi adversi vix aliquid, propter nimiam ictus obliquitatem. Et hoc quidem intelligendum est de faciebus propugnaculorum multilaterorum: Nam si pro propugnaculis, turres rotundæ sint, aut quadratæ, hæc undique impeti possunt, cùm sint in ordine ad defensionem mancæ, & debilissimæ, utpote non valentes lateraliter arcere ab omni parte hostem, sed & à frontali defensione tutus erit hostis, ob altitudinem muri, ubi ad eum appropinquaverit. Ergo non nisi unicum periculum subbit, nimicrum, si quid dejiciatur defuper.

## QUÆSTIO XIX. POLEMICA.

*Utrum Propugnacula plena, preferri debeant caris propugnaculus?*

**R**atio dubitandi est. Quia propugnacula sufficienter propugnantur vallo, æquali vallo cortinæ: cùm enim vallum cortinæ sit tantæ firmatis, ut ictus tormentorum bellicorum sustinere, eisque resistere valeat, vallum quoque propugnaculorum idem præstabit, utpote æquale cortinæ vallo. Inutiles proinde & superflue erunt omnes illæ expensæ, quas ad integræ replendum propugnaculum opporteret facere. Hanc tamen œconomiam in diminutione expensarum, exæquant commoda, quæ ex propugnaculis plenis proveniunt: Nam primò facilius propugnantur, cùm sint capaciora plurium militum, & facilius in eis suas stationes adeant Sclopetarij. Deinde quod rei Caput est, si ruinetur, & evertatur facies propugnaculi ab' hoste, imò vallum ipsum occupetur, adhuc rescissionibus, novoque munimento locus est, si propugnaculum plenum sit; si vero sit vacuum, consenso semel vallo, aggressor è superiori loco pugnat, & defensor ex inferiore statione se tueri cogitur; Ergo sic aggressoris conditio erit melior, quam defensoris, in cuius tamen commoditatem propugnacula eriguntur.

## QUÆSTIO XX. POLEMICA.

*De Cuniculis.*

**C**uniculorum, prout moderno tempore construuntur, fias est, ut pulvere pyro disjectiatur aliqua pars propugnaculi, per cujus ruinam, stationem suam in eodem hostis figere possit. Porro circa efformationem, promotionem ac constructionem illorum, observanda sunt sequentia. 1. Super tâ fossâ fortalitij per accessus, designetur locus in facie propugnaculi, cui pulvis supponi debet. 2. Antequam sodiendo ad locum destinatum

perveniantur, fiant quo, tresquè inflexus, ut pulveri sit impeditior retrogressus.  
3. Canalis hic suffosus, sic altus, pedes 4, & paulò minus, lator. 4. Ubi per-  
ventum est ad locum designatum, effoditur ibidem receptaculum altitudinis  
sex, vel septem pedum, latitudinis quatuor, aut quinque. 5. Huic vascula  
plena pulvere pyro sic imponuntur, ut se loco conjungant; sic enim breviori  
tempore pulvis totus accenditur, ac proinde fortius ageret. 6. Singula autem  
vascula sint alicubi aperta, ut statim accendi valeant. 7. Pulvis vero non  
diù ante inferendus erit, quam accendi debeat, aliàs enim sensim humectatur,  
& corruptitur. 8. Diligenter obstrui debet orificium canalis, seu ingressus  
illius lapidibus & alijs Materialibus, & solum foramen relinquendum pro bo-  
tulo, seu tubulo pulvere pleno, ad pulverem usq; vasculorum supposito-  
rum pertingente, ut somite admoto incendi cuniculus possit tempore statu-  
to. 9. Illud etiam experientia docuit, pulverem pyrum in eam partem vi-  
res suas exercere, ad quam plus spacij relictum fuit inter vascula pulvrea, &  
receptaculi superficiem lateralem. 10. Unum vasculum nitrati pulveris  
12. pedum ruinam terræ infert; hinc colligere sicut, quantum pulveris re-  
ceptaculo sit imponendum. 11. Plura autem sunt, quæ Cuniculum remo-  
rari possint; sèpe enim occurrit aqua, hæc proinde anthleis exhauriatur, vel  
aliò per Canales derivetur; subinde intervenit arena, quæ sustentari deberet,  
& opus promoveri, donec ad solidam terram deveniatur.

## QUÆSTIO XXI. POLEMICA.

### *De Anticuniculis.*

**A**nticuniculi sunt fornices ducti secundum facies propugnaculorum;  
per quos contra hostiles Cuniculos agitur. Quia verò non ex omni  
parte Moeniorum habentur parati hujusmodi fornices ideo ad im-  
pediendo Cuniculos, fiunt in obsidionibus putei, non nihil obliqui tantæ pro-  
funditatis, ut infra fossam Propugnatores devenire per eosdem possint; Tum  
fit porticus, quæ fossam transmittat, transmissâ fossâ, fit alia porticus, quæ  
viam intercipiat, quâ hosti veniendum est. Ut autem advertatur, ad quam  
partem hostes agant Cuniculos, fiant plures hujusmodi putei, ducanturq;  
multi minores Canales, quasi ramusculi, in quibus statuantur Excubitores,  
qui auscultent, an hostes veniant, & quâ parte? deprehendo sic conatu ho-  
stili, apposito ad eam partem terræ insitio tormento, terra perrumpitur ( si  
tamen crassities illius septem aut octo pedes non superaverit) sicq; aditus ho-  
stibus præcluditur, Fossoresq; repelluntur, & Cuniculus obstruitur; Repel-  
luntur verò hostes ex Cuniculo, fumo, sed efficaciùs ignibus artificialibus;  
aliquan-

aliquando autem & ipsis armis ac certamine, quando tam propè ex utraque parte ventum fuerit. In illis locis, in quibus anticuniculi profundiores esse non possunt, supernè aperiuntur, sicq; obseculi erumpunt, ac Cunicularios invadunt. Quodlibet hujusmodi putei, & ex ijs tales porticus fieri non possunt, eò quod aqua impleantur, non est periculum, ut ex ea parte hostis Cuniculus agat; idem enim illi quoq; est incommodum.

## QUÆSTIO XXII. POLEMICA.

*Cur ictus medij, seu semirecti, ceteris paribus, sint longiores?*

**R**es sanè mira est, quod, quod magis tormentum elevatur, magis procul globum ejaculetur usq; ad gradum 45. post hanc verò elevationem rursus semper decrescat distantia, per quam globus defertur; videtur enim, quod cum eadem proportione continuè deberent longitudines hæ emissionis globi crescere, etiam post elevationem 45. graduum, sicut crescunt usquæ ad gradum 45. Et camen certa experientia est in contrarium. Quæritur igitur ratio Physica hujus experientiæ. Pro qua assignanda, supponenda sunt hæc duo. 1. Quod eò longinquierat ejaculatio globi è tormento, quod altior est elevatio globi supra solum. seu quod major ejus distantia, à pavimento dum incipit descendere: cum enim per motum illius describatur linea arcualis, quod ejus vertex elevatior erit, eò ejus crura majora erunt, majoremq; circumferentiam habebunt, & consequenter à maiori corda subtensam, seu majorem distantiam à termino à quo, ad terminum, ad quem. Quod autem magis elevatur tormentum, majorem arcum facit globus ex eo emissus adeoq; ad majorem distantiam fertur: Ergo habetur jam ratio, cur hæc distantia ejaculationis crescat ab horizontali situ per elevationes semper maiores & maiores usq; ad gradum elevationis quadragesimum quintum. Cur verò postea in majoribus elevationibus tormenti supra Gradum 45. seu semirectum. Angulum decrescat? Pro ratione supponendum secundò est. Ad longitudinem ejaculationis globi concurrexerit etiam directionem ejusdem globi secundum lineam, aut horizontalē, aut non longè distantem ab horizontali. Si enim machina ad elevationis gradum maximum dirigatur, totus impetus in elevando globo impenditur, non autem in promovendo longius. Atquè propterea globus emissus, in majori elevatione supra gradum 45. deficit a longitudinis distantia. Requiruntur igitur ad longissimum ictum hæc duo, ut & elevetur globus, quantum fieri poterit, & directio non distet nimium ab horizontali. Hæc duo autem habentur, si gradus semirectus seu 45. Gradum scilicet. Ergo.

## QUÆSTIO XXIII. POLEMICA.

*Quomodo Portæ muniri debent?*

**A**Mplitudo portæ seu latitudo sit 10. aut 12. pedum, altitudo 14.  
vel 15. longitudo tanta, quanta est crassitudo Muri, vel valli,  
in quo est collocata. 2. Exterior ejus structura fiat de ejusmodi  
lapidibus, qui nec a pluvia corrumpi, nec fistulosi effici queant. 3. In fun-  
damentis exteris arcus apponantur globi, ne currus columnas portæ la-  
dant. 4. Portæ lignum erit ex optima quercu, in qua nec nodi nec rami de-  
biles reperiantur, bis, terve aut etiam quater vectibus, clavisvè nexus. 5.  
In medio lateris dextris sit ostiolum, seu minor portula, cujus altitudo debet  
esse quatuor pedum, latitudo duorum & medij, ejusdem lignum sit similis  
fortitudinis, cujus est lignum majoris portæ. 6. In medio fornícis majoris  
Portæ, ponebantur olim dentati clavi pro Cataractis, verùm modernis tem-  
poribus non est horum usus: Tum quia insitijs tormentis resistere non va-  
lent, tum quia curribus aut trabibus eorum casus impediri facilè potest. 7.  
Igitur loco horum melius substituuntur trabes & arbores, deciduae dictæ,  
medio pede ab invicem distitae, quæ per foramina in fornice facta dimittun-  
tur, ad hostilem irruptionem.

## QUÆSTIO XXIV. POLEMICA.

*Qualiser Pantes Portarum fieri debeant?*

**P**ontes, qui Portis apponuntur, sunt ductitij, eorum longitudo fer-  
est eadem, ac latitudo, crassities 8. aut novem ditorum. 2. Ala-  
xilla, per quam pons rotatur, diametrales 14. ad 16. habeat pollices.  
3. Binæ extremitates portæ fortibus ferreis firmentur annulis. 4. Ad utrum-  
què latas portæ statuantur currules axes, pede uno longi, binis ternisvè ex  
diametro pollicibus crassi. 5. Annulis portæ inserantur Catenæ potius,  
quam funes crassi, ut pons absq[ue] strepitu dimitti nequeat. 6. In aliquibus  
locis pro pontibus non nisi crassi asferes super transversa ligna ponuntur, qui  
noctibus singulis elevantur, ac rursus de die reponuntur. 7. Alicubi ab in-  
tra retro porram, ampla fit quadrangularis fossa, quæ duabus portis medijs,  
decipulæ intar, contegitur, hæ noctu aperiuntur, & de die iterum demittun-  
tur. 8. Columnæ Pontis possent esse moles lapidea, attamen meliores sunt,  
ligneum tabulatum habentes, ut in necessitatibus casu resecari queant, ac com-  
buri. 9. Sint eæ ad minùs 14. aut 15. pedes latæ. 10. Si ante portam  
lunatum

Iunatum desit propugnaculum , p̄̄ns medium super fossam sit latior , ut ibi excubantium militum sermetur s̄atio , pontem habens ductitium , quod à residuo pontis separetur . 12. In fine pontis ponantur repagula , quæ tornati bus trabibus occluduntur , sic accommodatis , ut facile attolli ac demitti valeant .

## QUÆSTIO XXV. POLEMICA.

*Cur Triangula vel Quadrangula Munimenta parum valeant?*

**C**um Munimentum ita disponi debeat , ut quælibet pars , & se , & aliam possit defendere , atq; etiam ab alijs defendi ; clarum est , triangula , vel quadrangula Munimenta minimi roboris esse : carent siquidem linea defensivâ ex vicino propugnaculo , & multò magis ex tota Cortina , postquam hostis proprius accessit . Ergo quodlibet propugnaculum sibi soli relinquitur , adeoq; multitudini non interruptæ hostium , diù resistere non poterit .

## QUÆSTIO XXVI. POLEMICA.

*Quid de Casamatis fortalitiorum sentendum sit?*

**T**enendum omnino est ; Quod Casamatæ sint omnium partium munitionis fortissimæ ; nam ab omnibus alijs partibus defenduntur , & ipsæ etiam se defendunt , atquè insuper ab hoste , impeti non possunt , ut potè post alam propugnaculi latentes , defendunt quoquè & ipsæ alias partes , præsertim Cortinas , ac portas , hostesquè eas perrumpere volentes , potentissimè ab ascensu , & assultu arcent , etiam tormentis , & quidem compendiosè à magna strage ; Nam Tormentum ritè applicatum , seu directum , potest totum ordinem Scalarum appositarum uno iictu evertere , quod certè non præstant multi etiam manuales Sclopi . Deinde Milites propugnantes sic à Casamatis fortiores evadent contra assultum hostis , quam sine illis . Sunt autem Casamatæ certæ concamerationes , quæ in lateribus fieri solebant , ad imponenda bellica tormenta , nunc ea locis demissis imponuntur .

## QUÆSTIO XXVII. POLEMICA.

*Quam ob causam , circa Fortalitium nullus debet effelocus , qui ab intra non possit peti tormentis?*

**H**oc est primum Principium modernæ Architecturæ Militaris , ut quæcumquè loco , imò puncto , hostis substiterit , propugnantium patet

telis & globis: Cujus ratio est. Si namq; aliquis locus ejusmodi sit, hostis eum occupabit, facileq; se in illo muniet, ut potè à propugnantium telis & globis securus, ex quo ad minus duorum dierum intervallo talem faciet excavationem, & ad Urbem accessionem, quem ex alio non fecisset octo, aut decem dierum spacio.

## QUÆSTIO XXVIII. POLEMICA.

*Quanam circa murorum in Munitamentis extirctionem observanda sint?*

1. **V**T diutiùs valla durent, muris cinguntur. 2. Satiùs autem est, vallum erigi, priusquam muri construantur, ut sic terra duorum aut trium annorum pluvia consolidetur. 3. Pro vallis accipitur terra è fossis, sic enim unà quasi operâ & valla assurgunt, & fossæ circumducuntur. 4. Vallum calculosum non est firmum, sabulosum paulò est melius. 5. Latericea terra, reliquis terris præfertur pro vallis & aggeribus. 6. Terra pinguis & solida non habet adeò denso muro opus, ceu macra & fluida. 7. Lateres utiliores sunt pro extirctione murorum munitenti, quam lapides, & inter lapides optimi sunt molliores, ac sicciores. 8. In locis, ubi magna lignorum copia, arborum strues locantur, quibus terra benè contusa pressaq; superimponitur, ac sic consequenter muri hujusmodi, aut potius valla, tormentis deiici nequeunt, nec ab igne lœdi; minus constant, & citius eriguntur decuplo, quam valla lapidea, & decem lapidea citius prosternentur, quam ligneum simile unum. 9. Durabiliores, & magis resistunt iactibus globorum, muri si cum fornicibus, ac arcubus fiant, ita, ut unus alteri superponatur, atq; ut unus superior binos inferiores contegat!

## QUÆSTIO XXIX. POLEMICA.

*Quanam circa valli extirctionem observari debeant?*

1. **S**I vallum de 15. ad 25. pedes altius extet circumjacente Campo, satis altum est. 2. Si alicubi majori opus esset altitudine, terræ agger supra vallum elevetur, & formetur; nec vallum ultrà elevandum. 3. Crassitudo valli sufficit, si infrà sit de 20. ad 30. pedes, ac suprà de 17. ad 25. hæc enim vastitas, & majoribus tormentis resistere valet, & sat amplum spacium habet, ut super id pedites cum tormentis in ordinem redigantur ipsa. tamen Basis valli non sit minus lata, quam 45. pedes complectens. 4. Proprium tempus valla erigendi est aestivum; tunc enim, cùm terra sicea sit,

fit, ad libitum potest disponi & ordinari. 5. Terra optima pro vallis est, argillosa, dein palustris. 6. Cespes, quo valli summitas & latera vestiuntur, sit bonus, in latitudine sex, in longitudine quindecim, in altitudine quinque pollices complectens. 7. Si verò cespes desit, crusta terræ pinguis adhibeat, in eaq; seminentur trifolia pratensis, complures radices habentia. 8. Quoties vallum ad altitudinem unius pedis elevatur, tempore eodem undiq; virentes salicis rami, pollicem crassitie haud excedentes, eidem interponantur, terraq; benè contundatur, ita ut ex altitudine unius pedis ad 4. vel 5. palmos subsidat, quem in finem aliqui nonnihil aquæ eidem affundunt, sic enim melius consolidatur. 9. Ad extra etiam ad quemvis ordinem avena aut semina sceni, majorisquæ trifolij seminari solent, sic enim & decora valla evadunt, & magis firmantur per herbarum dictarum radices ac fibras, partibus terræ hoc modo sibi invicem magis cohærentibus, & in unum quasi concrecentibus. 10. Si in vallo arbores plantentur, eæ tempore pacis erunt pro ejusdem ornamento; tempore belli in usum Militum pro magno commodo.

## QUÆSTIO XXX. POLEMICA.

*Qualiter terra aggeres supra vallum erigi debeant?*

1. **T**erræ aggeres supra valla, ex eadem materia, & cum ijsdem cauteли erigi debent, uti valla. 2. Sit eorum altitudo supra vallum 9. aut 10. pedum. 3. Debent esse capaces, ita ut 4, vel etiam sex tormenta recipere valeant. 4. Figuræ sint circularis vel ovalis, vel quadrangularis longæ. 5. Non expedit, ut contingantur muris, alioquin enim, si tormenta hostilia in eos explodantur, multum ijs, qui vallum tuentur, officiant.

## QUÆSTIO XXXI. POLEMICA.

*De Fundamentis Munitiōnum.*

3. **C**uncta Fortalitia, sive ea Muro strui debeant, sive solâ aggestione terræ, perfectè firma ut habeant fundamenta, necesse est. 2. Unde, si terra, in qua munitiones eriguntur, non sit pinguis ac solida, s. aut 6- pedes in profundum suffodiatur, ac palis fistucatis è quercu, vel ilno, aliòvè similī forti ligno ab invicem s. vel 6. pollices distantibus, quam profundissimè infigi possunt, firmetur. 3. Ablatâ dein ad pedem medium terræ de palis sic inaxis, totum illud spacium lapidibus repletatur. 4. Si terra sit fabulosa, fundamenta ad octo pedes suffodiantur, & loco palorum fortibus

bus pavimentis è ligno sternantur. 5. Perrò ne pali sic terræ infissi fortassis putrescant, illorum extremitates adulantur, & in oleo, aut resina extinguantur.

## QUÆSTIO XXXII. POLEMICA.

*Quomodo Area, armamentaria, plateæ, & excubia in Fortalitijs ordinari debent?*

1. **S**i quidem in Fortalito locus pugnandi & propugnandi, præferendus est loco commodè habitandi, ideo sufficit, si in eo pauciores, & minùs latæ sint Plateæ; unde sat erit, si ex his minores contineant in sua amplitudine 18 pedes, grandiores vero triginta sex. 2. Area medij Fortalitij debet esse proportionata militum numero, ordinariè autem pro vallo quovis requirantur 200. aut si obsidio sustinenda sit, 500. milites. 3. Excubiarum structuræ sint fornicibus munitæ. 4. Præcipua custodia excubiarum sit in portis, ac pontibus. 5. Armamentaria sint in proximis valli plateis, ut tanto facilius munitiones, in vallum transferri possint. 6. Pulvis pyrius servetur in locis siccis, laminisque ferreis benè occlusus, nec unquam in uno loco servandus, ne uâ injectione ignis, totus consumatur.

## QUÆSTIO XXXIII. POLEMICA.

*In quo tota Ars militaris consistat?*

1. **T**ota militaris ars in his quinq; punctis consistit. 1. Ut quis sciat, quo pacto extruere & fortificare omnis generis loca oporteat. 2. Ut noscat, quâ ratione colligendus sit miles, ubi eidem consistendum, quomodo dirigi, procedere, Castra metari, collocari, disponi, confilgere, ac recepcui canere debeat. 3. Quomodo tam pacis, quam belli tempore, fortalitia conservanda sint? 4. Quâ methodo instituenda obsidio. 5. Ut perspectam habeat compositionem, usum, atq; effectum flamarum artificialium, armorumq; ignitorum. Ita Georgius Fournier in Architectura sua militari.

## QUÆSTIO XXXIV. POLEMICA.

*Quâ ratione Casamatae in necessitatibus certis sunt præmunienda?*

1. **Q**uia Casamatæ humiliores sunt, quam aliæ partes Mœniorum, ne ipsæ primæ periculum subeant (quæ tamen alijs partibus defendendis destinan-

destinantur). tumido præsertim flumine, vel exundante fossa aqua, oportet  
bit eas superne validis & duplicatis cratibus, atque dentatis, immisis intra  
muros tum cortinæ, tum alæ, munire, unâ quidem externam Casamatici mu-  
ri faciem, alterâ internam strigente, ac sic Casamatae abunde securæ erunt.

## QUÆSTIO XXXV. POLEMICA.

*Cur acuti anguli in propugnaculis debiliores sint, quam recti, vel obtusi?*

**H**ujus quidem Ratio data est Quæstione 22. Partis prioris. Hic tamen  
ejus debilitas magis ostenditur. 1. Quia illud est debilius, quod facilius  
perfringitur. Atqui propugnaculum acuti anguli facilius per-  
fringitur, utpotè quod globus tormentarius facilius permeat, cùm il-  
lius unum latus ab alio averlo minus distet. Ergo. 2. Quia propugnaculum  
acuti anguli, paucos potest capere propugnatores: Nam ubi latera magis coe-  
unt, ibi minus est spatiij intermedij, sed in acutangulo latera magis coeunt;  
igitur minus relinquent spatiij intermedij, adeoque pauciores in illo esse po-  
tent defensores. Certum autem est, eò fortiorum esse, cæteris paribus, aliquam  
partem mænorum, quò plurium defensorum est capax. Ergo, 3. Quia tor-  
menta in tali propugnaculo commodè disponi non possunt.

## QUÆSTIO XXXVI. POLEMICA.

*Utrum saltē spectando paucitatem sumptuum, propugnacula acuti anguli;  
prælegi debeant?*

**V**Idetur primâ fronte, minores sumptus requiri ad propugnaculum acu-  
ti anguli, quam recti, vel ad rectum aëcedentis, utpote angustius re-  
ctangulo, & à fortiori, obtusangulo: Nihilominus certum est, majo-  
res, & quidem ferè duplo, necessariò fieri expensas in propugnaculum acutan-  
gulum, quam ad rectangulum, vel quod ad rectum angulum aëcedit, estò e-  
nim illud sit angustius, ferè tamen duplo longiores habet muros. Ergo quoad  
muros est dupla impensa. Adde nunc terræ aggestionem, quæ similiter duplo  
debet esse major in acutangulo, ob majus spatiū, quod in longitudinem oc-  
cupat. Sed & fossa major, quia longior circa propugnaculum acutangulum  
fodi debet, ac consequenter & lorica fossa; maneat ergo tanquam certum,  
multò graviores fieri sumptus, pro acutangulo propugnaculo, quam alio.

## QUÆSTIO XXXVII. POLEMICA.

*Utrum Quinangula vel sexangula Munimenta sine preferenda 10. aut 12.  
Angulorum Munitionibus?*

**P**lurium, quām sex angulorum, ut v. g. 10. aut 12. Angulorum Muni-  
menta, id habent commodi præ reliquis, quod alas in cortinis amplas  
habere possint, sine defectu anguli propugnaculorum, & consequenter  
à pluribus defendi possit propugnaculum, quod impetratur; à pluribus autem  
defendi posse, plus virium eidem affert; per hoc enim augetur potentia ex-  
trinseca illius, & hæc utique præferenda est soli potentiae intrinsecæ, quæ con-  
sistit tantummodo in ipsa validitate propugnaculi. Hinc consultissime agunt  
Architecti Militares Belgæ, dum, ut alam in Cortina acquirant, immunuere a-  
liquantulum non dubitant angulum propugnaculi, in omnibus munimentis us-  
que ad duodecangulum. Atque ex hoc capite munimenta plurium Angulo-  
rum, quām sex, præferenda erunt pentagonis, aut hexagonis. Verū Pentago-  
na & Hexagona alia rursus habent commoda, quibus carent muralia.  
Nam imprimis paucioribus indigent defensoribus, minori etiam commeatu;  
diutiū proinde obsidionem tolerare possunt, non egerit tanto pulvere tormento-  
rio, & sclopetario, nec tot tormentorum Magistris, non est tantum pericu-  
lum contagionis in ijs, utpote, cùm pauciores complectantur personas, mi-  
nor quoque est occasio dissensionum & prodigionis, & propter hæc commo-  
da, præeligitur Munimentum pentagonum vel hexagonum; & ideo nomina-  
tissima Arx Antuerpiensis est tantum pentagona, Mediolanensis hexagona,  
Palma similiter nova in Foro julio, & Leopoldopolis in Hungaria hexagona.

## QUÆSTIO XXXVIII. POLEMICA.

*Quid sentiendum sit de succinctis muralibus munitionum, Fausse Braje dictis?*

**F**Ausse Braje sive Falsa Braga, Latinè, antemurale, promurale, vel suc-  
cinctus muralis nuncupatur. Estque lorica ad valli pedem extructa. Hoc  
genus munimenti alij probant, alij improbant. Qui improbant, pro-  
ratione adducunt, quod magnum, & ferè duplum requirat militem; cùm  
enim illo circumdentur valla principalia, necesse est, illius partes aliquas esse  
longè majores partibus vallorum principalium. Deinde needum concordant  
inter se Polemici: An succinctus ille debeat attolli super lineam loricæ suburbanae,  
vel in eadem linea esse: Nam si in eadem sit linea, nihil nocere poterit  
hosti ad pedem loricæ suburbanae, vel ultra eam existenti: Si verò sit altior,  
tunc

tunc exposita erit tormentis , non secūs , quām propugnaculum , & vallum ,  
sed nec arcebit hostem , ubi aliquantulum processerit in fossa , quia erit is jam  
sub istu illic ; ad initium autem fossæ nihil offendet hostem vallum principale ;  
nam jaculationes ex superiori vallo impingent potius in ipsam falsam Bragam ,  
nisi forte fossa sit admodum lata ; cujus tamen nimis latitudo plurimū obest  
munitionibus . Præterea , si capiatur hic succinctus , actum erit , de reliquo  
principali vallo , evertetur enim illud non nimio labore , post captum succin-  
ctum . Deinde hujusmodi antimuralia , vel sunt murata , vel non ? si non ,  
tunc nec adeò ægrè devastantur tormentis , neque adeò difficulter scanduntur ;  
si verò sint murata , periculum duplex creant militibus , unum à fronte , si tan-  
gatur lorica succincti ; alterum à tergo , si tangatur globo tormenti vallum  
principale , tum enim dissilientia frusta lapidum , undique ad magnum spatium  
facient propugnatores periclitari , & ægrè in sua statione persistere . Demum ,  
vel habent tormenta , vel non habent hæc Promuralia ? si non habent , sunt ni-  
mis infirma contra hostem , qui venit cum tormentis : si habent , tum iterum  
accrescit numerus & tormentorum , & eorundem Magistrorum , & Falsam  
Bragam ultra Mœnia principalia necesse erit protrudi ad minimum 24. pedibus ,  
seu 4. orgijs , deinde 12. pedes tormento , & totidem pro lorica succincti ,  
ad eoque opus erit etiam fossam totidem orgijs promoveri , ac sic novos , eosque  
non necessarios sumptus iterum augere . Qui verò hoc genus munitionis  
probant , his rationibus ducuntur . Primo . Quod hostem diutius contineat .  
2. Quod tam directam , quām obliquam , & quidem utramque duplēm , ha-  
beat defensionem : Arcet item hostem Musquetis antequam hostis intret fossam ,  
postquam autem intravit fossam , agit ad minus tormentis contra Batterias  
hostiles , ac sic duplicatā infestatione reprimit hostem . 3. Quia experientia  
docuit in complurium Urbium expugnationibus , loricā suburbanā expugnatā ,  
haud multo molimine fossas aquæas fuisse superatas , eò , quod eruptions ob-  
fessorum fossā aquā impediente , oblessores in fossa jam existentes , laterali-  
ter folū ab alijs oppositis impeti possent , tūti à fronte , ob valli necessariam  
altitudinem , quæ hostem tam vicinū conspicui , telisque propugnantium  
eriperet . Tam exitiali autem incommodo medetur antemurale . Ergo . His i-  
gitur ventilatis . Tenendum est . Promuralia talia fossæ aquæas unicam tutelam  
ess̄ , ex illis siquidem iictibus certissimis , & à fronte , & à latere fossæ oppu-  
gnatores submoventur . Fossæ verò siccæ eo præsidio non indigent . Verum  
hinc oritur sequens .

## QUÆSTIO XXXIX. POLEMICA.

*Cur Promuralia sint utilia in fossis aquâ repletis, non item in siccis?*

**Q**uia nempe si fossa sit aquæ, non est periculum, quod eam tam citè hostis repleat, vineâsque oblidionales aggerat & promoveat; quia impediente aquâ, non poterit negotium agere cumulatum, ac proinde satis erit contra eum agere Sclopis, ino & expediet, quia minus pulverum, & rerum necessariarum absumunt 20. Musquetarij, quam unicum tormentum, certiores quoque illorum sunt ictus, densiores item, atque cœbriores; quare hostes difficilius evadent 40. vel 50. scloporum ictus, quam duorum, aut 4. tormentorum ratiū jaculantum. Jam vero si in fossa aquæ sint antimuralia, ex ijs imperi poterit hostis scloporum ictibus directis, & ex propugnaculis, tormentorum jaculationibus lateralibus, adeoque facilius ex fossa submoveri. E contra autem si fossa sit secca, sclopetarij parùm nocebunt, in illam enim hostis intrudet currus integros varijs rebus refertos uno impetu, quos necesse erit tormentis disjicare; intrusionem verò hanc sclopetarij non valent impedire; quia intra sapam imprimetur curribus impetus, & sic in fossam dimittentur; quod hostes facere non posunt in fossa aquæ, antequam eam repleant, & in ea timent sibi quasi pontem, ad quem faciendum debebunt le viritim scloporum periculo exponere, adeoque poterunt ex antemuralibus validè à sclopetariis impeti. Finis igitur unus promuralis, est fossæ aquæ defensio, secca eo praesidio non indiget.

## QUÆSTIO XL. POLEMICA.

*Quid sentendum sit de Rastris Urbium Mænibus?*

**R**astris hujusmodi muri conspiuntur adhuc in antiquarum Civitatum Mænibus. Verum talia moenia non satis juvant Defensores Civicatis. 1. Quia sunt debilia, sunt autem debilia, quia sunt tenuia, aut si sint crassa, impediunt laterales ictus. Primum est per se clarum; nam crassities unius talis dentis eminentis, non excedit duos pedes, hec autem nimis debilis est ad tolerandos ictus, etiam communis tormenti. Ergo Alterum etiam patet, nam si sit crassities illius sufficiens quæ sustinendum ictum tormenti, debebit esse 12. pedum, adeoque intra spatiuum 12. pedum, non nisi duo ictus laterales fieri poterunt, cum tamen in tanto intervallo plures esse possint, ac debeat; si vero spatiuum illud interjacens magis coarctetur, coarctabatur, & linea defensionis lateralis, & sic ferre possint ictus fieri poterunt. 2. Quia tales dentes eminentes sunt murati, seu

constantes lapidibus , qui proinde tacti tormento , dissiliunt eō , quō fert globi impetus , hic autem feruntur in propugnantes , ergo in eos truxta disjecta dissiliunt , eisque lacerant , aut latenter lecitos esse non sinuat.

## QUÆSTIO XLI. POLEMICA.

*Quid sentiendum sit de Mœnibus , interpolatas fenestellas habentibus?*

**M**unimenta , quæ in Mœnibus habent interpolatas fenestellas , ijsdem defectibus laborant , quibus rostrata . Tenues enim sunt illorum muri , rarae sunt hæ fenestellæ , adeoque & paucæ defensionis linea , aut si sunt multæ , exiguo labore murus diruetur tormentorum iictibus , ac proinde nemo defendantium audebit comparere , atque sic propugnatoribus muri spoliati patebunt hosti , impetri vero dissiliunt in ipsos propugnatores , nec facile reparantur in ipsa defensione : expositi siquidem sunt laboratores hostium jaculationibus ; Ac proinde parvi sunt valoris . Talia tamen olim sufficiebant , ut & rostrata , quando tormentorum usus , nonduri erat.

## QUÆSTIO XLII. POLEMICA.

*De Munitionibus transvadatis & transfluminaribus.*

**C**um animadversum esset , Urhem non admodum ægrè oppugnari , si adversa ripa ab hoste occupetur , ut ea ripa hosti aut infesta esset , aut latenter illum retardaret , atque interea urbana feriarentur Mœnia , cœperunt construi munitiones transvadane & transfluminares ; primò quidem per modum propugnaculi , postea vero per modum castelluli obsidionalis , pro tutamento vadis , aut trajectus , quæ cum videreantur non sufficere , utpote facile expugnabilia , substituta sunt illis formata Munita , ita , ut ex una Civitate , vel fortificatione , duplex evaderet . Non defunt tamen , qui id improbeant ; etenim si transvadana , vel transfluminaris munitio occupetur , tum nūdum hosti præparasti , ex quo te impetat ipse , non mindus , quam tu illum : Præterea cum tales Munitio ad amplitudinem aliquam necessario ex crescant , si pluribus instruantur propugnaculis , spatia utique illis cincta , vacua non sinuntur , sed dominibus extrectis replentur , non fecus , ac Urbs ; hinc fit ut hostis capiat illam partem , ex vicinis ad flumen dominis , faciat sibi non gravi labore propugnacula , ubi , & operarios , & instrumenta ad prosequendum contra Urhem excepta inveniet , quin & Cives ipsos , qui pro Urbe alias stare destinati sunt , nun contra eam operam sibi conterre coget . Demum ejusmodi Munitio , vel

Habet Moenia versus aquam , vel non habet ? Si habet , post occupatam Muni-  
tionem , hostis est muoitus contra Urbem , uti contigit Francofurti , ubi ex al-  
tera parte Moeni occupata Munitione , pugnavit hostis contra Urbem , cum  
magnō suo commōdo : Si non habet , tum non indiget aliā oppugnatione ,  
quām clāse navium repentinā , secundo , aut etiam adverso flumine , nisi sit  
rapax advenientium , ex quibus assultus fiat in domos Civium , & plateas mu-  
nitionis , quōd facillimē per nocturnas tenebras contingere poterit . Nihilomi-  
nus rationabilius est , Munitiones has transvadanas utiles esse , si cautelae se-  
quentes adhibeantur . 1. Ut pars ea Munitionis transvadanæ , quæ Urbem re-  
spicit , muro tenui , sed latis alto cingatur , sic enim ea pars tuta erit à nocturnis  
& repentinis invasionibus , & aliās si Munitio occupetur , muri illius parūm no-  
tebunt Urbi , cùm enim sint tenues , facilē decutientur . 2. Consultissimum  
erit , quām paucissimis propugnaculis , munire ripam alteram : Nam sine extre-  
ma necessitate vires non sunt distrahendæ , sed potius collectæ servandæ . Dein-  
de finis horum præmunimentorum non est , ut hostem arceant à quolibet transi-  
tu ( aliās si haberetur commodus trajectus , aut vadum per longissimum etiam  
spatiū , totum illud similibus præmunimentis armari deberet ) sed tantum à  
transitu assultorio , & à figendis loco opportuno . Batterijs contra Urbem , si e-  
nim trans flumen jaculando muros Urbis diruat , hostis naviculis assultum faci-  
et . Unde si locus non sit commodus pro Batterijs in altera ripa figendis , omit-  
tenda sunt ejusmodi propugnacula , ne capta ferviant hosti pro Batterijs . Con-  
tingit autem subinde , alteram partem frequenter inundari , aut totam palu-  
strem esse , quare si talis sit ripa adversa , non erit munienda . 3. Ut si locus  
transvadanus ad notabile spatiū sit habitationi commodus , ac postea notabili-  
bus paludibus , aut brachijs magni fluvij circumscriptus , tunc necessaria est  
penitus Munitio major ad ripam alteram : Quia alliās hostis facilē transiret ad il-  
lam Insulam , atque illic , suis circumvallationibus , quas quis erigere debet ad  
initium obsidionis , tutus esset , sine omni impensu labore , ac simul Urbem pro-  
libitu impetrere posset . Similiter si ita locus constitutus sit , ut ad Urbem non  
possit perveniri , nisi per certam angustamque viam , expedit in eo solidā præmu-  
nimenta erigere .

## QUÆSTIO XLIII. POLEMICA.

*Utrum in eligendo Duce , familia splendor sit spectandus ?*

**O**ptandum sanè est , ut Illustres , ac Nobiles potissimum pro Ducibus belli  
eligantur . 1. Quia id prodest plurimum ad Authoritatem sive inter  
proprios Milites , sive apud Hostes , comparandam , & confervandam .

2. Id ipsum parit amorem ac benevolentiam apud milites ; apud hostes verò terrorem. 3. Quia verisimile est fortis à fortibus generari, & simile sibi simile gignere; Nam documenta datum, quā simus origine nati. Nobiles autem, cæteris paribus, magis sunt gloriae & famæ, ex egregijs facinoribus acquisitæ, appetentes, quām plebeio sanguine nati. 4. Quia illustres sanguine, minùs sunt ad prodiciones inclinati, quām iij, qui ex vili statu emergerunt; isti enim magis utilitate, quām honestate ducuntur; illi per fortia acta splendorem familiæ potius querunt, quām lucrum, & divitias. 5. Excitat plurimū Nobiles, æmulatio majorum & memoria: Turpe enim ducunt ab his degenerare. Sic Boleslaus Rex Poloniæ, quoties aliquid indecorum ipsi occurrebat, effigiem glorioſi ſui Parentis, quam in pectore ſemper geſtabat inſpicere, ſequē ſic animare ſolitus erat: Absit à me, ut aliquid indignum gloriae Parentis mei committam. Atverò è contra, ſi cætera defuerint, que Duci necessaria ſunt, genus ſolum non videtur ſpectandum. Quemadmodum enim in navigando, gubernatio navis, non illi committitur, qui natalibus, opibus, aut fortunā cæteris antecellit, ſed qui gubernandi peritiā & vigilantiā alios ſuperat: ita belli administratio ei maximè committenda, qui reliquias fortitudine, & ſapientiā antecellit. Nam & in alijs omnibus Officijs mandandis, non tam dignitatis, quām virtutis ratio eſt habenda; neque tam homines conſiderandi; quām hominum actiones ſpectandæ. Ut docet Aristol. Politicorum 3. cap. 8.

## QUESTIO XLIV. POLEMICA.

*Utrum peregrinis potius, vel domesticis Officium Ducis Belli committendum?*

**Q**uod peregrini non ſinr præferendi domesticis in hoc Officio committendo ſunt hæ rationes. 1. Duces peregrini longè majoribus stipendijs, & proemij conduci debent, quām domestici. 2. Peregrini Duceſ cūm veniunt, plerāque innovare conantur. 3. Adducunt ſecum ſuæ Nationis homines, qui indigenis maximā dampna inferunt. 4. Non ita, atque indigenæ, Militi grati ſunt: unde facile factiones & ſeditiones inter milites exoruntur. 5. Non habent perſpecta hominum ingenia, nec etiam cognitam & exploratam Regionum & paſſuum conditionem; melius itaque eſte videtur: Indigenam aliquem, quam peregrinum habere Ducem. Sed si hic defit, aliunde erit accerēnus. Quemadmodum Carthaginenses Xantippum Sparta-num Ducem elegerunt: qui ingenti p̄ alio Romanos vicit. Et Athenienſes ſibi Belli Ducem p̄aſſicerunt Herachem Clazomenenam alienigenam. Sic & Artaxerxes Periarum Rex, Egypto bellum illaturus Iphicratem Atheniensem Ducem quæſivit,

fuit, sic & initio hujus seculi Rudolphus Imperator pro Duce Belli, contra Turcas in Hungaria, Duce Mercurij ex Gallis evocavit. Exemplis accedit etiam Ratio. Quia major sèpè est auctoritas peregrinorum, quam domesticorum, magis enim honorantur extra Patriam, quam in illa homines. Evitatur quoque sic invidia & æmulationis, quæ solet esse inter domesticos circa hoc officium competentes, adeoque præcautentur etiam seditiones, factiones, & contentiones, quæ ex æmulatione Ducum in exercitibus evenire conuerunt.

## QUÆSTIO XLV. POLEMICA.

*Satiusne sit Juvenes vel Senes bello præficere?*

**P**ro senibus faciunt, quæ sequuntur. Quod in senibus sit Consilium, mens & ratio, homines enim ætate evadunt prudentiores, usu tutiores: Habet præterea magnam experientiam, quâ rerum principia & eventus facilè perspiciunt. Major quoque Authoritas est in senibus. E contra pro Juvenibus & in Itatu virili constitutis hæc adduci possunt: Primò. Quod senes sint meticulosi, ac timidi, & cunctanter languidéque omnia administrant: sunt deinde variis morbis obnoxii, imò senectus ipsa, morbus est. E contra adolescentes, fortes, alacres, & audaces sunt. Ab excellenti verò & eximia virtute ætatis progressus non est expectandus. Et si expectanda semper esset ætas, sèpè magna indoles virtutis, extingueretur prius, quam Républica prodesse posset. Nec defunt exempla illorum, qui adolescentes res magnas gesserunt, ut Scipionis Africani, Pompeij, Alexandri Magni, Hannibal, Augusti Cæsaris, & aliorum.

## QUÆSTIO XLVI. POLEMICA.

*Utrum rei Militaris peritia, potius, quam virtus in Duce Belli spectanda?*

**P**ro rei Militaris peritia faciunt: Primò, quod Belli Duxis Officium melius scientiâ militari, quam virtutibus perfici videatur. 2. Quia non alio modo, regulariter loquendo, victoria comparatur, quam exactâ Militaris rei peritiâ. 3. Nam sicut Leo, estò sit rapax, tamen admodum fortis, ita potest esse quis Dux belli peritus, estò minus sit probus. 4. Peritia illa dimicandi, audaciam nutrit, neque enim quis, id aggredi metuit, quod benè le se didicisse novit. 5. Imperitia bellandi magnarum cladum sèpè causa fuit. Igitur hæc ante omnia in Duce Belli estimanda. Nihilominus in Duce Belli

*virtus*

virtus maximè spectanda est: Nam 1. Ubi virtus est , ac morum probitas , conciliatur reverentia , & amor Ducibus . 2. Virtute & Consilio longè plus efficaci potest , quam solā scientiā militari , virtute destitutā . 3. Præsentem denique opem DEI probitas habet , quā caret improbitas , sine ope autem divina , vanus est omnis noster labor , inanis omnis conatus .

## QUÆSTIO XLVII. POLEMICA.

*In quibus virtutibus Dux Belli maximè excellere debeat?*

**P**rimò necesse est , ut Dux Belli sit prudens , unicum quandoquidem rectum consilium magnam multitudinem hostium vincit , & in bello majora animi , quam corporis viribus peraguntur . 2. Ut sit diligens , vigilans , laboriosus , hostiūmque Consilia perspecta habeat : Publica enim videtur injuria esse , cùm illius culpā sinistri aliquid in bello evenit . Et magna jactura exercitūs , bonique publici frequenter contingit , si conditiones , & consilia hostium ignorantur . Unde nulla pecunia rectius collocatur , quam quæ in exploratores exponitur . 3. Ut sit severus , & omnes culpas militares legibus vindicet , nullique errantium ignoroscere credatur : Ita enim & Authoritas conciliatur ; & melius res militares geruntur , parendo potius Imperio Ducum , quam scīscitando . 4. Ut sit taciturnus , suāque Consilia , ac intentiones occultet ; vinculum enim optimum est , rerum publicarum gerendarum , taciturnitas , & tutissimum creditur in expeditionibus , facienda nesciri . 5. Ut sit continens & temperans : Neque enim meditari , aut agere fortia possunt , qui voluptatibus sunt dediti . 6. Ut sit fortis & animosus . Quia melior est exercitus Cervorum , Duce Leone , quam Leonum , Duce Cervo .

## QUÆSTIO XLVIII. POLEMICA.

*Quæ artas in legendis Militibus observanda?*

**P**ro militia legendi , & conscribendi adolescentes , qui non minores sunt septem & decem annis , nec maiores sex & quadraginta . Primo . Quia nunquam labores , qui in bello exantlandi sunt , subibit , qui à juventute in ijs se non exercuit . Deinde parendo maturè , imperare rectè discunt . 3. Sanguinis quantitas , quæ in juvenili aetate affluit , efficit , ut nullum discriminem pertimescere discat . 4. Experientia , sine qua Scientia militaris non acquiritur , nec plena , nec consummata esse valet , nisi maturè quis munus militare subeat , magnāmque occasionum varietatem videat , ac ni per multas admodum

discrepantes exerceatur functiones , ad quæ omnia, cùm temporis plurimum  
requiratur ; ad bellum maturè accedendum. 5. Melius est , ut exercitus ju-  
venis causetur, æstatem pugnandi necdum advenisse,quàm doleat præteriisse.

## QUÆSTIO XLIX. POLEMICA.

*Cujus conditionis & artis homines potissimum pro militia conscribendi?*

**A**gricolae præ cæteris censemur apti pro conscriptione gregarij militis: hi  
enim sub dio entriuntur , sunt laboribus assueti , solis patientes , de-  
liciarum ignari , simplices , & recti animi , paucis contenti , mortem  
quoque minus timent , quia delicias vitæ minus norunt. Cives , aut filii Ci-  
vium , minus sint ad hoc munus apti. Verum nec opifices omnes excluden-  
di , probantur ex his fabri ferrarij , Carpenterij , Macellarij , & ij , qui duro la-  
bore viatum querunt. Studiosi quoque non prorsus sunt inepti , si tamen di-  
sciplinae militaris patientes sint , & non ignavi , ac otio dediti. Nobiles , si cæ-  
teri non desint , pro officijs & munijs militaribus rectè destinantur ; horum e-  
anim exemplo , & alij animantur , & plerumque gloriæ , æstimationis , famæ , ex  
rebus fortiter gestis sunt appetentes , quam , ut adipiscantur , ad quævis ardua  
subeunda sunt parati.

## QUÆSTIO L. POLEMICA.

*Quenam sint causa Bellorum , seditionum , intestinorum tumuluum , atque Rebel-  
lionum ; & qua horum remedia?*

**P**rimum & tutissimum : *Principijs obstante.* Causa cur initio facile corrigantur  
omnia , est , quia plures non corripuit contagio , deinde pauci , qui au-  
ctores sunt , omnia timidè administrant , multi causas Seditionis ignorant ,  
& per solam vecordiam seditiosis se adjungunt. 2. *Interdum quoque necessitati  
cedendum,* omnibus quidem tumultibus statim medendum est ; non autem mox  
uno impetu occurrentum , quia cùm obslititur malo , quod vinci non potest ,  
irritatur & longius multò grassatur. 3. *Nihil autem in Seditionibus periculo-*  
*sius , quæ tarditate & negligentiâ dare tempus conferendi , fæse firmandi , au-*  
*xilia contrahendi , & quod ad ipsam veriæ frangendam plurimum facit , & quieti*  
*ac paci impedimento est , peccandi. 4. Nunquam Rebelliis desperatio injici-*enda est.* Semper periculosa est desperatio ; postquam enim desperatus salutem*  
*despondit , exitij solatia querit comite que mortis , audet omnia , qui sperat*  
*nihil.*

nihil. Eo igitur modo severitate utendum est, ut non vana spes veniae ac gratiarum resipiscientibus ostendatur. 5. usitatum est auctores seditionum, si tolli non possint, demereris donis. Nec contra auctoritatem Principis est, unius improbi salute, & non promeritis donis, publicam pacem firmare, & civilia bella tollere. 6. Si auctores vel prosperis elati, vel metu suppliciorum, ad officium reduci nequeant, inter ipsos Seditiosos discordiae & diffidentiae occasiones querenda. 7. Cum aliquid subditi a Magistratu petunt, natura non iniquum, nec improbum, concedendum illis est, sed ita ut non vi aut metu ijs Magistratus id cedere coactus videatur. Bellum aut est justum aut injustum. Ad injustum bellum S. Thomas 2. 2. q. 40. ar. 1. Tres conditiones requirit. Prima est, ut sit legitima Principis authoritas; altera ut justa sit causa, quae ad bellum impellit. Tertia, ut justa sit intentio. Causae justi belli sunt. 1. Si bellum injustum alicui inferatur, neque alia via sit, injuriam bello sibi illatam propulsandi, quam bellum bello opponendo. 2. Altera causa justi belli est rerum ablatarum detentio. 3. justum etiam bellum geritur cum Religio impetratur & DEUS blasphematur. 4. justum quoque bellum est, in eos, qui hostem in bello injusto adjuverunt. 5. Legatorum injuria gravium bellorum saepè causa fuit, eaq; justissima. Est siquidem contra jus omnium gentium. Causae vero injusti belli sunt: Sola cupidio opum & honoris. 2. Propagatio Hæresis & superstitionis. 3. Sola libido alijs dominandi. 4. Spes prædarum & Rapinarum. 5. Vindicta privatarum injuriarum. 6. Metus, rancor & odium inter vicinos populos. 7. Subita & iniqua Regum Ferocia. Felix belli eventus sperari meritò potest. Primo. Si non solùm sit justum sed simul justè, ac sine gravi oppressione pauperum & innocentium geratur. 2. Si maturo ac lento consilio suscipiatur. 3. Si exercitus sit pius ac disciplinatus. 4. Si Belli Dux sit justus, fortis, prudens, victoriæ, non lucri cupidus. 5. Si anticipatò pro futuro bello fiant præparatoria necessaria, qualia sunt: Fædera, commeatus, arma, munitiones, pecunia, miles. 6. Si militum consribendorum delectus magnus habeatur. 7. Si hostium cuncta consilia perspecta habeantur. 8. Si stipendia militi moderata & certa dentur. 9. Si viri bellicosi, ob res præclarè bello gestas remunerentur. 10. Si è contra ignavi & facinerosi ac proditores, in aliorum exemplum, gravibus penis afficiantur. 11. Si bene meriti dundaxat, & in bello exercitati ad officia militaria moveantur. 11. Si ea, quae in consilio salubriter conclusa sunt efficaciter executioni mandentur.

CON-

# CONTINUATIO.

## SYNOPSIS CHRONOLOGICÆ RERUM

### Ecclesiasticarum. Continens Res Memorabiles Ecclesiæ ab Anno 700. usque ad Annum 800.

701. **I**NITIO faculti hujus, ipso Anno 701. obiit S. Sergius Pontifex cum sedisset Annos 15. Menses 1. Dies 14. Cui in Pontificatu successit Joannes VI. natione Gracius. Celebratum hoc eodem Anno est Concilium Toletanum XVIII. Cujus tamen acta non extant. Egicani Regi Hispaniarum mortuo successit Filius Witizza pessime de Ecclesiæ meritus, irreverens in Episcopos suos & ipsum Romanum Pontificem, omniaque Sacra. prophanaque permisces, dedit tamen sce-lerum poenam; hoc siquidem agendi modo occasionem præbuit Saracenis, Hispaniam invadendi ac occupandi.

702. S. Wito Episcopus Fidem Christi apud Belgas prædicat, & latius propagat. Gisulphus Dux Benneventi Romanam ditionem depopulatur & expilat. In Hispanijs Guntericus Archi-Episcopus Toletanus sanctitate & miraculis claret.

703. In superiori Germania Godefridus Agilosingus Alemania Dux, & in inferiore Pipinus Rex, Rem Christianam mirè promovent. Sceleratissimus Rex Witizza pellicatum Sacerdotibus contra Ecclesiæ Leges, Decreto suo Regio liberum permittit.

704. Mirabili Exemplo contemptus hujus Mundi Edilcetus Merciorum Rex in Anglia, postquam 31. Annis imperiasset, Regno renuncians, Monasticam vitam amplectitur; Initia Apostolatus S. Bonifacij in Germania hoc Anno data. Tres Duces de Regno Longobardorum dimicant, ex quibus victoriæ reportat Aripertus, qui mox ea, qua Antecessores illius Ecclesiæ Romanæ eripuerant, eidem reddit.

705. Joannes VI. Pontifex Romanus vivendi finem facit; cui subrogatur Joannes VII. itidem Natione Gracius, qui statim Roma Concilium coëgit, & licet Gracius esset, ut tamen Gracorum Conciliabula approbareret, adduci nullâ ratione potuit. S. Switperdus Brunsvicensis ad fidem Christi convertit.

706. Recuperat Justinianus Imperium, Leontijqué ac Tiberij Imperatorum capita calcans amputari jubet, Pipinus Rex Viris Apostolicis afficitur, eisque in Conversione Gentium strenue adjuvat.

707. Joannes VII. postquam Sedem Petri tenuisset Annos 3. Menses 2. Dies 17. è vivis excessit. Pessime Exemplo & conniventia Regis Witizza, scelera, atque inde mala ingentia invalefcunt per Hispanias,

708. Sisinus Natione Syrus Pontifex eligitur 15. Calendas Februarij, atque post 20. Dies ex dirissima podagra extinguitur; cui subrogatus est Constantinus etiam Syrus, Vir benignissimus, humilitatis & charitatis, maximè in sustentandis egenis laude florentissimus. Impius Rex Witizza magno Ecclesiæ bono moritur.

709. Constantinus Papa accersitus à Justiniano Imperatore Constantinopolim pergit. Moritur S. Wilfridus, inter præcipuos Germania Apostolos habitus; eodem Anno extinguitur S. Adelmus de Britania optimè meritus.

710. Constantinus Papa magnifice Constantinopoli suscipitur. In Gallia floret Res Christiana, ad Exemplum optimi Regis Pipini Regnum totum componitur. In Hispania Witizza impurissimo, succedit Rosarius, Vir quidem strenuus, sed improbitate par Antecessori suo, aut hoc etiam deterior.

711. Redijt Romanum ex Oriente Constantinus Papa, frustratus operâ suâ, quam posuerat in revocando Justiniano II. Imperatore ad Saniora Consilia. Eodem Anno Justinianus vitâ & Regno exiuit à Philippico.

712. Philippicus Vir motibus turpissimis, & Monathelitarum fautor, Orientalem Ecclesiam perturbans sextam Synodum cœcumenicam abelere conando.

713. Philippicus, justo Dei Judicio sexto Imperij sui Mense exauuthoratur, eique sufficitur Anastasius II. Unius Regis impunitas innumeræ dein mala Hispanie infert, vitiata enim & pellicis loco vi retentâ à Rotario Rege Juliani Comitis Filii, hic infamia hujus impatiens, & vindicta eupidus Saracenis feedere jungitur,

jungitus, ac Vladeorum in Africa Regem in auxilium evocans, Rodericum Regem, ulturus injuriam, bello aggreditur, ac etiam profigat, percutente in prælio ipso quoque Roderico; Saraceni hac usi occasione, Urbes precipuas Hispanie pro se occupant, Imperijque sui in Hispania fundamenta jaciunt. Orients ab Arabibus miserè affligitur.

714. Constantinus Pontifex Romanus, cùm sedisset Annos sex & Mensem unum, sanctissimè moritur, eidem suffectus est post dies 42. Gregorius hujus Nominis II. eruditione & sanctitate omnium Consensu summâ hâc dignitate dignissimus. S. Adalbertus Monachus Hollandus ad fidem Christi convertit. Saraceni inundant Hispaniam, summo Ecclesiæ dolore. Pipinus Major Domus Francia extinguitur.

715. Anastasius II. deiicitur Imperio, eique, invitus liet, sufficitur Theodosius. Gregorius à Longobardis metuens, Urbem mœnibus circumvallare aggreditur. Dagoberto II. Regi Francorum succedit Chilpericus II.

716. Saraceni in Hispania Christianis Legionem ac Toletum eripiunt, sicquè totâ ferè Hispaniâ potiuntur. Episcopatus Frisingensis Fundamenta jact S. Corbinianus.

717. Theodosius privatâ vite amore Imperium deponit & Leonem Iauricu ejus Nominis Territum Imperatorem creat. Masalonas Saracenorum Princeps Pergamum capit, & mox etiam Constantinopolim obsidet. In qua ipsa Urbe tanta famæ & pestis hoc anno fuit, ut trecenta hominum Millia ijs interierint. Inaudita Tiberis inundatio plurimas Domos Romæ subvertit & evertit, atq; per septem dies Urbem miserè vastat. Gregorius Papa ædes proprias in Monasteriu verit. Carolus Martellus ijs Paternum repetens Chilpericum Regem vincit, & usquæ Parisiis persequitur. Pelagius pars insigni de Saracenis Victoria, fit ex Duce privatis Rex Legionis.

718. Obsidio Constantinopolitana patrocinio Beatz Virginis solvitur. S. Bonifacius in Anglia rem Christianam mirè promovet. Utitur Rex Pelagius victoriâ, & multas Urbes Hispaniæ è manibus Saracenorum eripit, ac 80. millia ope potissimum Beatz Virginis profigat, 20. millibus ex ijs Casis.

719. Nascitur magno malo Ecclesiæ Copronymus, Leonis Iaurici Filius. S. Bonifacius ex Anglia regreditur & Germaniæ populos cum S. Wildebrordo in fide Christiana erudit.

720. Leo Imperator Copronymum Filium in Imperatorem coronari curat: Hanmar Saracenorum Princeps, Christianorum acerrimus hostis, extinguitur, cuius morte pax est restituta Ecclesiæ, quas turbare coepit. S. Wulfranus Frisorum Apostolus, vitam hanc miseram deserit, & ad meliorem transit.

721. Concilium Romæ celebratur. In Oriente Impstor quidam Judæos seducit, quasi is Messias esset. Martellus Saracenos memorabili Victoria vincit, & ad internectionem profigat.

722. Religio in Gallia magnopere floret sub Martello, cuius etiam gloria & virtus tori innotescit orbi. Magnus Germaniæ Apostolus S. Bonifacius Cattos Germaniæ populos, qui hodie Hassi & Thuringi dicuntur, ad Christum convertit. Judæos & Manichæos Leo Imperator exagitat.

723. S. Bonifacius à Gregorio II. Papa post exanthematos multos Labores Apostolicos, in Episcopum consecratur. Iconoclastarum heres in Oriente exoritur. Saraceni in Hispaniis in se mutuus armis conversi, Regnum inter se partituntur, illudq; in complura alia Regna minora subdividunt.

724. Dum Orients à Saracenis, Imaginum Everisforibus turbatur, in Occidente Ecclesia per Germaniam à S. Bonifacio strenuè promovetur. Alphonsus Ferri Ducis Cantabriz Pelagio Regi contra Mauzos foedere jungitur, qui postea ob res præclaræ pro Ecclesia gestas, Catholicæ Regis obtinuit nomen.

725. Eudo Aquitanus Dux Saracenos contra Martellum in auxilium evocat, quorum 400. milia advolant, & ipsam Aquitanum Ducis, cui in auxilium venerant, foedissime devastant. His obviat Martellus in planicie Turonensi, Droquè & sancti Martini precibus subnixus, cum ijsdem fortiter ac feliciter configit, ingentemq; victoriæ de ijs reportat, Cæsis hostium 350. millibus, cum ex Francis tantum mille & 100. occupuissent.

Luitbrandus Rex Longobardorum hoc anno S. Augustini Corpus à Saracenis redemptum ex Sardinia Ticinum transferri curat. Pelagius Rex Alphonsus prædicto Ormisundam Filiam dat nuptiæ, atq; uterque contra Saracenos strenuè pugnando Rem Catholicam in Hispania plurimum promovent. Venetabilis Beda hoc anno Anglorum Historiam inchoat.

726. Leo Imperator fætale edictum de Imaginibus ubiq; abolendis promulgari facit. Restitit fortiter impis conatus Imperatoris S. Germanus Patriarcha, oblitus ijsdem populus, omnium autem fortissime Summus Pontifex Gregorius. Itali vero ob id alienati ab eodem deficiunt.

727. Navalis Exercitus, ob hoc impium edictum in Leonem Imperatorem insurgit. S. Germanus & S. Damascenus de retinendo usu imaginum contra Leonem crudite scribunt. Vincit Burgundos Rebeller Carolus Martellus.

Saraceni Nicatum frustra obsident. Garcius Ximenes pulsis Saracenis, fit primus Rex Aragonum.

728. S. Da

728. S. Damasco ob scriptum; quod pro retinendo Usu Imaginum publicaverat, malitia Leonis Imperatoris manus amputatur, sed hoc illi à B. Virgine die sequenti redditum est.

729. Luitprandus Rex Longobardorum partes Leonis contra Gregorium Pontificem suscipit, & cum Eurychio Exarcho pace inita & conjunctis armis Romanum capere, & Gregorium tollere conatur: Ambo itaq; cum suis copijs ad Urbem accedunt: Sed obviam eis occurrens Gregorius, tam dextre cum ijs egit, ut & Luitprandum supplicem ex hoste haberet, & pacem inter ginn, ac Exarchum factam stabiliter; Insuper & Imperatori in opprimenda rebellione in partibus Tuscia exorta, auxilio esset. Martellus interea Frisios debellat, atq; ad Fidem Christianam cogit.

730. Leo Imperator in seipso male ceptis obstinatus manet, unde S. Germanum Episcopum Constantinopolitanum, quod si suis erroribus adverteretur, in exilium mittit, & denique quandam Anatolianum haereticum Iconoclastam substituit. Gregorius igitur Pontifex contumacem Imperatorem anathemate ferit, & Italos, quos diu in Officio Caesaris continuerat, ab ipso desistere permittit, inquit & defectionem illorum approbat. In Oriente persecutio Ecclesie, ab Iconoclastis haereticis inchoatur, Pelagius Rex devastata per Hispanias à Mauritius Monasteria & Templa restaurat, novaque condit. S. Cosbinianus Episcopus Frisingensis obiit.

731. Gregorius II. cum Petri Sedem tenuisset annis 16. Mensibus g. diebus 20. ad Caesos evolatus merito Sanctorum numero psefie adscriptus. Cumq; vacans Sedes tantum dies 5. eleitus est Gregorius III. Natione Syrus, Vir pius, eruditus & fortis.

Martellus grandi strage Saracenos in Gallia profigat, & Avenionem expugnat. Venerabilis Beda in signis Ecclesiasticis Scriptor, moritur.

732. Leo Imperator Iconoclasta ingentem in Romanos & Italos parat classem, qua tamen in Mari Adriatico naufragio perit. Novus Pontifex Anathemate percudit Iconoclastas, Deoq; Freius Imperatoris omnes minas & conatus elusit. Martellus Saracenos dumare pergit, atque Athinium eorum Regem Narbone obsiderat.

S. Bonifacius Archi - Episcopus Germanic creator.

733. Leo Imperator in Catholicos favit. Dum Martellus Athinium Saracenorum Regem Narbone cum suis obdidit, infiniti propemodum Saraceni ex Hispaniis in Gallias se effundunt suis operi laturi, sed his Martellus occurrit, omnes eorum copias ranta inretnecone delet, ut nullus clavis tantum Nuncius supereffet: Mox Narbonem expugnat Regemque Athinium intermit. Gregorius serio commonet Leonem, ut resipiscat, cui & Itali per Legatos omnem spondent obedientiam, si haeresim ejuret. Pelagius pariter & Alphonsus rem strenue in Hispaniis gerunt, Mauros sapientius profigant, multaque insignia loca recipiunt.

734. Fervet in Oriente persecutio Ecclesie ab Iconoclastis. Hoc anno pulsis Saracenis Regnum Cordubae recuperant Christiani. Profecitur feliciter Bellum Saracenicum Martellus, eosque in Hispanias usque repellit.

735. Leo Imperator in dies magis efferratus in Catholicos favire pergit, plurimosque Maryrio afficit. Gregorius III. interim Orientales Ecclesias consolatur, & animat. Pelagius Regum optimus, Maurorum terror, extinguitur.

736. Leo Imperator non solum ob Religionem, sed & propter iustitiam favit, ob cujus tenorem Georgium Patricium Virum sapientem ac probum è medio tollit.

737. S. Bonifacius emergentes Haereses in ipsarum exortu opprimit. Effervescit nimium Iconoclastarum impietas, contra quam nihil non molitus Gregorius Tapa, multique egregia sanctitatis & eruditio vii calamus stringunt.

Ceolulphus Rex Britannie, Regnum suum Filio Eniberto relinquit, ipseque Monasticam vitam amplectitur.

738. Hoc Anno penitus sunt ejeci Saraceni è Gallia; ad hunc siquidem Annum nonnulli adhuc illosum in Gallia Narbonensi haeserant. Magna gratulatione Catholicorum, Alphonsus, Pelagi Regis Gener, in Regem Hispanie constituitur, qui Regnum non modo fortiter defendit, sed & propagavit, Saracenorumque vires in Hispania validè attrivit.

739. Luitpertus Longobardorum Rex Romanum obdidit, Basiliacisque S. Petri in Vaticano extra Urbem expletat. S. Bonifacius Bojacum in 4. Episcopatus dividit. Moritur S. Willibordus Inferioris Germaniae revera Apostolus.

740. Gregorius Pontifex ad Carolum Martellum pro auxiliis contra Luitpertum Longobardorum Regem confugit, eique Titulum Christianissimi confert. Hoc Anno Ina Orientalium Saxonum Rex, & Regina Edisbury, Regnum dimittentes, ut se manciparent coenobitis, singulas Domos Regni sui, S. Petro Denarium argenteum quot Annis pendere statuerunt. Constantinopolis ingenti terra motu concutitur, ut vel sic Deus impium Imperatorem ad resipiscientiam revocaret, sed is jam in malo obcaluerat.

741. Moritur hoc anno impia morte Leo Isauricus Imperator, cui succedit statim Filius Constantinus cognomen Copronymus. Vitâ quoque excedit Gregorius III. Cum sedisset annis 10. Mensibus 9 Diebus 12. Et Carolus Martellus. Ilii successus est S. Zacharias natione Grecus vir mitissimus atque patientissimus; huic vero successorum Filii Pipinus & Carolumannus.

742. Celebris est hic Araus à diversis Rebellionibus: Nam in Oriente Arnabassus Europalata in Constantium Copronymum Imperatorem insurgit. In Occidente vero Theobaldus Alemaniae Dux, ac Utile Bojus Carolumanno rebellant, & Hunoldus Aquitanus Dux ac Griffo, Pipino se opponunt, ac Luitpardus Rex Longobardorum Sedi Apostolicae adverteratur.

Verum quia omnis potestas à Deo est, & qui potestatis resistit, Deo resistit; Ideo cuncta machinationes harum Rebellionium, bullæ instar evanescere: Nam Artavasdi semel & iterum à Copronymo victus, paulò post occisus est. Theobaldus Alemaniae Dux à Pipino & Carolumanno Fratribus, hoc ipso anno compescitur. Hunoldus Aquitanus Dux ab ijsidem Fratribus ejicitur, Griffo autem capitur, Zackarias Pater, Luitprandum INTERAMNÆ conveniens, & Civitatum Ecclesia ablatarum, totusque Patimenij S. Petri restitutionem felici successu obtinet.

743. Copronymus Urbem Constantinopolitanam obsidet, fusis prius ac deletis copijs Artavasdum secum congregati ausis, & receptam armis Militi dixipendam obicit. Ibidem Artavasdus, ejusque Filii ac plerique ejus Amici capti ac exoculati sunt. Pipinus & Carolumannus quoque Utilonem Boiorum Ducem grandi clade profligunt. S. Bonifacius diversis Hæresiæ à Germania avertit.

744. Moritur hoc anno Luitprandus Longobardorum Rex cum supra 30. annos regnasset, qui Ecclesia sapè incommodo, sapè etiam commodo fuit; succedit eidem Nopus Hildebrandus, & huic, ob asperitatem post Menses septem à suis deposito, Rachisius vir humanissimus & fortissimus, qui fiam rotante Zacharia Papæ annos 20. pacis Italia dedit.

745. S. Bonifacius Primus Moguntini Archi-Episcopus & totius Germaniae Primas renunciat. Mox Jussu Zacharia Papæ, Concilium in Germania contra inturges Seclas celebrat.

746. Pestis, Banonis dicto, hac anno exorta, Constantinopolim tam graviter afflixit, ut jam cadaveribus decesserit humus. S. Bonifacius Heribolensem & Eistertensem Episcopatus instituit.

747. Carolumannus Rex, Pipini Frater, post multas victorias de hostibus reportatas, toti Mundo bellum indixit, quando ad S. Zachariam Papam accurrens, ab ipso Monastico habitu induitus, Mundum conserpuit, eique perpetuum vale dixit.

748. S. Zacharias Papa ipsem Cæsarensem Baflicam præsentibus Archi-Episcopis 13. Episcopis 68. consecrat, solemniisque ritu Monasterium illud dedicat. Magnam Navarræ partem Saracenis eripit Rex Alphonius.

749. Triumphant de Saxonibus Pipinus, & in redditu interceptus, S. Viperti ope implorata prodigiose à periculo liberatur. In Syria Terra motus horrendi contigere hoc anno, quibus Urbes integrâ haustæ, aut ad multa millaria translata sunt.

750. Rachisius Longobardorum Rex Pentapolitanam invadit Provinciam, & Perusiam obsidet. Ad eum profectus Zacharias Papa, non tantum à captis dimovit, sed monitionibus ita amore Dei accendit, ut is exemplo Carolumanni Monasticam amplectetur vitam, uxore & Filiâ in Monasterio Cæsarense à se condito inclusis. Alfonius Rex plures per Hispaniam Urbes expugnat, & levibus certaminibus subiunctis Mauros fatigat.

751. Hoc anno primùm Pipinus, qui haecen Nomen Majoris Domus Francie tantum gessit, Zacharias Papa Authoritate Rex Francie renunciat, exauthorato ob inertiam Childerico hujus Nominis Tertio Rege Francie ex successione.

752. Itaque Svevionibus à S. Bonifacio Moguntino Episcopo inungitur Rex Francorum Pipinus, Chiliberto in Monasterium retrosum. Moritur hoc eodem anno Zacharias Pontifex, cùm sedisset annis 10. mensibus 3. ac diebus 10. cui succedit Stephanus II. atque hoc post 4. dies mortuo, Stephanus III. Patria Romanus, Vir in pauperes, ac egenos liberalissimus. Aistulphus Longobardorum Rex, qui Fratri Rachisio successorum, ditiones Romanæ Ecclesia invadit, quem tamen Stephanus Papa placat, pace inter Romanos & Longobardos ad annos 40. firmata.

753. Aistulphus Rex cum suis Longobardis, immemor fæderis facti ac fidei date, rursus Ecclesiam Romanam vexat, & Stephanum Papam cum Urbe Roma tantum non opprimit; Hic igitur ipse ad Pipinum confugit, à quo, ut à Rege Christianissimo, & primogenito Ecclesia, honorificentissime suscipitur. Multa per Lusitaniam Oppida, atque Urbes, ejecto Maurorum Præsidio, Christianis restituit Alfonius Rex.

754. Pipinus cum Uxore, ac utroque Filio, Carolo, & Carolumanno in Abbatia S. Dionysij à Stephano Pontifice inungitur ac coronatur. Mox Aistulphum armis cogit, ableta Ecclesia reddere; summo Ecclesia bono Alfonius Rex, in multis Civitatibus per Hispanias Episcopatus instituit ac fundat. Con-

stantinus Copronymus Pseudo Synodus Constantinopolim convocat , verum hæc statim à Stephano Papa , & Patriarchis Alexandriæ , Antiochiae , & Hierosolymitano damnata est . Persecutio exinde in Catholicos , sed præsentim Monachos gravis , Constantinopoli exoritur , & Impietas Iconoclastarum recrudescit .

755 . Fadifragus Aistulphus denuò Romanum , & Stephanum Pontificem obsidet , ditionesque Ecclesie diripit , ac vastat . Pontifex igitur per literas iterum à Pipino auxilium implorat . Adest is statim cum exercitu , atque Aistulphum iteratè vicit , non solum priores Ditiones Ecclesie restituere , sed insuper Exarchatum Ravennæ quoque Pontifici perpetuo Jura tradere compellit . S. Bonifacius Moguntinus Episcopus in Frisia , cum multis sanctis Viris per Barbaros Christi hostes trucidatur . Fidem Catholicam summo studio propagat Rex Alfonius per sibi subiecta Regna .

756 . Rex Aistulphus Impietatis sua meritas pendit peccatas , in venatione miserè equi casu oppressus , & mortuus . Ingenti omnium bonorum luctu glorioissimus Rex Alfonius extinguitur . In Oriente magni terra motus fuit . Ab Hali Saracenorum Principe plurimi Christianorum Martyrio afficiuntur .

757 . Stephanus III . Sedis sua anno quinto cum diebus 28 . obiit . Cui succedit Frater ejusdem Paulus , Vir Sanctitate eximius . In Oriente viget persecutio , ab Imperatore Copronymo Iconoclasta simul & à Principe Habdalla Saracenorum .

758 . Paulus Papa Cæmeteria SS. Martyrum extra Urbem Longobardorum injurijs obnoxia , in Urbem transfert . Rebelles Saxones iterum bello perturbiunt , & à Pipino domantur .

759 . Nezamislaus Bohemia Princeps Pragam primùm munit . S. Othmarus Abbas S. Galli , magnis miraculis clarus in carcerebus moritur .

760 . Debellat hoc anno Pipinus Waiphratium Aquitaniz Ducem , & victum ablata Bona Ecclesia restituere cogit .

761 . Waiphratius Tyrannicè denuò grassatur ferro ac igne omnia vastans , Templaque ac Cenobia expilans . Persecutio in Oriente augetur . Sacrarum Literarum Studium publicum Eboraci instituit Sanctus Egbertus Albini seu Alcuini Flacci Magister , eodemque anno obiit . Concilium Romæ congregat Paulus Papa , Paternaque ades in Monasterium erigit .

762 . Pipinus cum Filio Carolo contra Waiphratium iterum Rebellem in Aquitaniam movet , plures Urbes subjugat , obnoxiasque domat .

763 . Sanctum Stephanum Auxentianum exagit Copronymus Imperator , & in exilium mittit . Viget S. Alcuinus Abbas doctrinâ clarissimus . Turcz populantur Orientem . Tonus in Aquitania subiicienda versatur Pipinus . Thaſilio ad defectionem Bojos concitat .

764 . Galli multa Sanctorum Martyrum corpora à Paulo Pontifice impetrant , & in Patriam transportant . Pipinus Cantabris contra Saracenos adest , eosque egregiè adjuvat , ubique de re Christiana metteri studens . Idem Pipinus Comitia Wormatiæ celebrat , in quibus Thaſilio perduellionis damnatur .

765 . Contigit hoc anno Beritense illud miraculum , quo Imago Christi à Judais illusa , & affixa cruci , lancea in pectora vulnerata , tantum sanguinis reddidit , ut de eo plereque Ecclesia Orientales & Occidentales participarent . Pipinus bellum Aquitanicum prosequitur . Et Andernaci denuò Comitia convocat , Germaniæque consilit .

766 . Copronymus in Catholicos favire pergit . Universa ejusdem classis in Bulgaros missa submergitur . Concilium Gentiliacense multo Galliarum bono celebratur , & cultus Sacrarum Imaginum strenue contra Iconomachos assertur .

767 . Moritus Paulus Papa , cùm sedisset annos 10 . mensis unum , vacavítque Sedes anno uno , & mense uno , eo quod Desiderius Rex Longobardorum Fratrem suum Constantium Laicum , in Sedein Romanam intrudere vellea .

768 . In Pontificem Romanum Stephanus hujus Nominis IV . legitimè eligitur , omnibus gratijs ornatus , qui in summo Pontifice requiruntur . Obiit hoc anno Pipinus Rex Franciæ , optimè de Ecclesia meritus , Virbello æquè ac pace summus ; succedunt eidem in Regno Carolus & Carolomannus .

769 . Concilium Romæ in Basilica Lateranensi à Stephano Papa celebratur , quo Iconomachi excommunicantur . Aquitani morte Pipini auditâ denuò criftas erigunt , sed ab ejusdem filiis , capto Rebellium Principe Hunoldo in ordinem rediguntur .

770 . Copronymus mirè favit Ephesi in Monachos & Moniales . In Hibernia interim , Scotia & Anglia floret sanctitate Monachorum Ordo . Concilium Wormatiæ celebratur , quo sanctum , ne ullum Concilium , Provinciale etiam , celebretur , absque consensu Papæ . In Hispania bellum servile exardescit , quod magnam Regno intrulit vastitatem .

771 . Supremus hic annus fuit Carolomanni Filij Pipini & Caroli Fratris , quo extincto omnium Regnum Carolus fit Monarcha , qui postea , ob res præclarè gefitas , dictus est Magnus .

772 . Stephanus IV . Pontifex Romanus moritur , cùm sedisset annis tribus , & totidem mensibus , ac diebus viginti . Eadem post dies octo succedit Hadrianus , Patria Romanus , virtus sanctimonia & eruditio perit .

perillustris. Habdilas Rex Hierosolymorum Saracenus favit in Iudeos ac Christianos. Bellum servile in Hispania prudentia Regis Aurelii componitur.

773. Desiderius Rex Longobardorum, Dominia Ecclesia Romana hostiliter invadit. Hadrianus Papa Caroli Magni auxilia implorat & impetrat, qui mox cum exercitu in Patriam transit, ac Longobardos ritie acie vincit, ipsiusque Desiderium Regem ob sider Ticiini seu Papia, multaque Urbes Longobardorum caput, atque inter ceteras Veronam. S. Virgilius in Conversione Carinthia & Boica strenue & zelosè laberat. In Hispaniis multa Templia & Cenobia diruta restaurantur, & nova edificantur.

774. Carolus Magnus ab obsidione Papia Romam venit, Festum Pascha ibidem celebraturus. Recepitus ab Hadriano Papa, ut Ecclesia Romana eximius Defensor, ubi etiam donationem Ecclesie à Pipino Patre factam Diplomate confirmat, statimque Papiam regressus, obsidionem continuat, & post ad deditio nem Urbem compellit, captiuumque Regem Desiderium secum in Gallias abducit, sive Romam à vexatione Longobardorum liberat.

775. Constantinus Copronymus plagâ incurabili divinitus percutitus impiam evomit animam; succedit eidem Filius Leo IV. Mortuus quoque est hoc eodem anno & alter Ecclesia persecutor Habdala, Saracenorum Princeps, Carolus Magnus Saxones bis profigat, ac vincit. Offa quoque Rex Merciorum Regnum suum Ecclesie vestigiae reddit, renovato in singulas Domos S. Petri denario.

776. Carolus Magnus audiens Rorgandum Foro Juliensem Durem vendicare sibi Longobardorum Regnum, vincit & occidit; sed & Saxones denuo Rebelles, eadem celeritate opprimit, multoque illorum ad Fidem Christi adducit.

777. Telericus Rex Bulgarorum fit Christianus, baptizatus Constantinopoli. Hadriani Papa auspicio ad preces Caroli Magni Synodus Paderbornensis celebratur. Insignis fit accessio ad gremium Ecclesie Saxonum, plurimis Nomen Christo dantibus.

778. Carolus Magnus ex Germanis & Francis conflato exercitu, plurimas Victorias de Saracenis in Hispania consequitur Albinus seu Alcuinus Flaccus, Caroli Magni in Mathematicis disciplinis Magister, magna eruditionis laude floret. Summo Ecclesia bone Ludovicus pius, Caroli Magni Filius nascitur.

779. Carolus Magnus Saxonibus denuo domitis, obsides ab ipsis accipit, inde movens in Westphalos de ipsis triumphat, quos S. Ludgerus convertit.

780. Madi Princeps Saracenorum crudelis in Christianos excitat persecutionem. Leo IV. Imperator moritur, suscipit Imperium regendum Irene Uxor cum Constantino Filio 10. annorum puer. Ad Instantiam Casoli Magni, Hadrianus Papa Lippia Concilium celebrat, cui interest ipse etiam Carolus, curaque diverso per Saxoniam erigi Episcopatus, sed & Slavis ratione Fidei, plurimum consulit.

781. Carolus Magnus cum Uxore ac Filii Romanum venit, honosque ab Hadriano susceptus, ibidem Sacrum Pascha celebravit. Tum Pontifex Filii ejus Coronam imposuit, & in Reges unxit, Ludovicum quidem Aquitanum, Pipinum autem Longobardorum creando Reges.

782. Synodus Coloniensis Authoritate Adriani Papae celebratur. Saxones ruisus Rebelles, rufius à Carolo vici, nec Rebellionis apud eos finis, donec è patriis fedibus evulsi per varias Regiones esent dispersi.

783. Silo Rex Hispaniarum Regni sui anno octavo moritur; cui succedit Alphenius cognomento Caflus. Adolinda vidua à Silone relicta, rejeclta Diadematè Monasticam vitam est professa, quam Maria Familia paulo post est imitata.

784. Harefis Elipandi profigatur. S. Virgilius Carinthia Apostolus, Episcopus Salisburgensis ad Ecclesia premia post exantatos Apostolicos labores, evolat.

785. Widichindus Saxonum Princeps Author frequentissimarum Rebellionum, tandem dat Caroli manus, & fit Christianus. Celebratur Concilium Paderbornense, quo egregie Saxonibus consulitur.

786. Hadrianus Papa Collectionem octuaginta Canonum spectantium ad facros ritus, edit.

787. Concilio Chaltutensi, Hadriano Papae concitante, rebus fidei in Anglia consulitur. Septima Synodus Oecumenica, Nicæna secunda celebratur, præsentibus Hadriani Papæ Legatis, in qua damnati Iconoclasta, & multa præclarè statuta.

788. Iterum Rebellis Thassilo, etiam Hunnis evocatis à Carolo Magno opprimitur, & exoculatus in Monasterium retrudirur.

789. Theophilus Classis Imperatoria ad Cyprium Prefectus à Saracenis captus, & Christum negare iussus, quia tantum nefas committere noluit, ab ipsis Martyrio afficitur. Carolus Magnus Sclavos subigit, & libertati Ecclesiastica per Lombardiam ac Germaniam consulit.

790. Cruces in vestibus in Anglia passim apparent, subsequentem oppressionem Danicam portendentes. Summa quiete bene usus Hadrianus Papa, tam in Urbe, quam in Orbe multa præclarè constituit. Carolus quoque Magnus in Monasterijs fundandis & scholis erigendis totus incumbit.

791. Concilium Forolivense celebratur in Italia de processione Spiritus Sancti contra Græcos, & de incarnatione Verbi contra Elipandum. Ingens Tiberis Roma inundatio, qua muros ipsos in nonnullis lo-

gis transcendit, quā occasione emicuit Hadriani Papæ pietas, dum vita multorum, cibarijs atque scaphis sapienter ac liberaliter providit. Universitas Parisiensis fundatur.

792. Aliud Concilium jubente Hadriani Papâ, Ratisbonæ celebratur, quo Urgellitani hæresis op̄imunitur.

793. Alphonsus Castus Legionis Rex Deo confidens Virgines Christianas centum numero, singulis annis tributi nomine Mauris dari solitas, iijidem dare recusat; igitur hi armis eundem aggredi, & ad id cogere parant, verū Alphonsus imparibus licet copijs cum illis congressus, ex his 72. millibus hostium, fecrociam eorum fortiter recudit, atque de ijjidem triumphat, quin & Ultissimum Mauris eripit.

794. Francofordiense Concilium in Germania auctijs Hadriani Papæ celebratur 300. Episcoporum, in qua causa Felicis Urgellitani & Elipandi Toletani, resumitur, & ambo damnantur hæresibus eorum Anathemate perculsi.

795. Obiit hoc anno Hadrianus Papa, cùm sedisset annos 23. menses 10. dies 17. cui eisdem die succedit Leo III. Vir Religiosus & pius Carolus Magnus hoc anno magnas Eleemosynas Christi causâ effudit, etiam in Syria & Africa Christianis egenitibus subveniens. Paderbornensis Episcopatus institutus.

796. S. Papa Leo III. magnis munieribus à Carolo Magno, ex reportata de Hunnis Victoria ornatur, & is vicissim Carolo claves aureas ex sepulchro S. Petri acceptas, & Vexillum Urbis Romæ eidem mittit, Defensorumque Ecclesiae agnoscit.

797. Irene Imperatrix, quæ à Filio in exilium relegata fuerat, ope Procerum reducitur, & Augusta salutatur, cuius insidijs Constantinus Filius captus & exceccatus paulò post moritur, siveque pax Orientalibus Ecclesijs per Matrem parum erga Filium piam redditur, quam libido & precipitantia Filii turbaverat.

798. Saraceni suburbia Constantinopolitana depredantur.

799. Immani seclere, Papa Leo III. à quibusdam seditionis inter sacri munera functionem invaditur, crudeliter cæditur, oculisque eritis, & lingua præcisâ semi vivus in custodiam detruditur, sed miraculose sanatus, indéque operâ suorum educitus, & ad Carolum Magnum confugiens, ab eodem pristina dignitati restituitur.

800. Carolus Magnus Romanam proficisciit ibidemque ab eodem Leone Papa, primus post interruptiōnem Imperij Occidentalis, in Imperatorem Occidentis inungitur & coronatur.

## CATALOGUS I.

Continens Nomina, Patriam, & Ordinem Romanorum Pontificum, qui hoc Octavo Sæculo Ecclesiæ præfuerunt, cum accurata affignatione Temporis, quo quis gubernare cœpit, & desistit.

Nomina	Patria & Ordo Romanorum Pontificum.	Initium Sedis A. M. D.	Finis Sedis A. M. D.	Duratio A. M. D.	Vacantia M. D.
86 Joannes VI. Græcus.	701.	Ottob. 29.	709. Jan. 10.	3.	2. 12. 1. 18.
87. Joannes VII. Ex magna Græcia.	705.	Mart. 1.	707. Oct. 18.	2.	7. 17. 3. 0.
88. Silinius Syrus.	708.	Januar. 18.	709. Febr. 7.	0.	0. 20. 0. 29.
89. Constantinus Syrus.	708.	Mart. 7.	714. Apr. 19.	6.	1. 2. 1. 10.
90. S. Gregorius Romanus.	714.	Maij. 22.	731. Feb. 11.	16.	8. 20. 1. 5.
91. Gregorius III. Syrus.	731.	Febr. 16.	741. Nov. 28.	10.	9. 12. 0. 8.
92. S. Zacharias ex magna Græcia.	741.	Decem. 5.	752. Mar. 15.	10.	3. 10. 1. 12.
93. Stephanus II. Romanus.	752.	Mart. 27.	752. Mar. 31.	0.	0. 4. 0. 0.
94. Stephanus III. Romanus.	752.	Mart. 31.	757. Apr. 26.	5.	3. 28. 1. 2.
95. Paulus Romanus.	757.	Maij. 28.	767. Jun. 29.	10.	1. 1. 13. 6.
96. Stephanus IV. Siculus.	768.	Aug. 5.	772. Feb. 1.	3.	5. 28. 0. 3.
97. Hadrianus Romanus.	772.	Febr. 9.	795. Dec. 26.	23.	10. 16. 0. 0.
98 Leo III. Romanus.	795.	Dec. 26.	816. Jun. 12.	20.	5. 17. 1. 10.

CON-

## CATALOGUS II.

Continens Nomina Imperatorum, qui hoc Octavo Sæculo imperarunt: in Oriente: Occidentali Imperio vacante.

Justinianus II.	Arthemius seu Anastasius	Leo IV. Impius
Leontius.	Theodosius III.	Constantinus VII.
Tiberius III.	Leo Isauricus.	cum Matre Irenes.
Philippicus.	Constantinus Copronymus.	Irenes Sola.

## CATALOGUS III.

Continens Nomina Scriptorum Ecclesiasticorum Octavi Sæculi.

S. German.	Constantinopolit.	Paulus Diaconus.
S. Joannes Damascenus		Paulus Aquileiensis.
Antonius Melissæ.		Eginhardus.
S. Anthelmus		Albinus sive Alcuinus.
Venerabilis Beda.		Cosmas in Palæstina Episcopus.
S. Bonifacius.		Vivardus Bedæ contemporaneus.
Hadrianus Papa.		Dacryanus Abbas.

## CATALOGUS IV.

Continens Nomina Scriptorum Profanorum Octavi Sæculi.

Hoc quoque Sæculum caruit scriptoribus profanis alicujus Notæ. Scripsere tamen aliqua nonnulli Arabes; Hebræi item Thalmudici interpres, sed hi merè fabulosa, illi merè superstitionis. Scripsit quoque Egidius Medicus in Gallia, sed Patriâ Atheniensis, Librum unum de pulsu, alterum de venis.

## CATALOGUS V.

Conciliorum Octavo hoc Sæculo celebratorum.

Toletanum XVIII. sub Sergio I. Papa. Anno 701.

Romanum Concilium sub Gregorio II. contra Iconoclastas. 728.

Francicum Concilium sub Carolomanno à S. Bonifacio institutum sub S. Zacharia Papa.	Anno 742
Liptinense Concilium in Germania sub eodem S. Zacharia Papa.	743
Romana Synodus celebrata ab eodem S. Zacharia Papa.	743
Sveffionensis Synodus sub eodem Papa.	744
Altera Romana Synodus sub eodem Papa.	745
Vernense Concilium sub Pipino Rege Francorum & Stephano III. Papa.	755
Romanum Concilium sub Paulo I. Papa.	761
Gentiliacensis Synodus in Gallia sub Pipino & Paulo I. Papa.	766
Romanum Concilium convocatum à Stephano IV. Papa.	769
Wormatiense Concilium in Germania sub Carolo Magno & eodem Stephano IV. Papa.	770
Paderbornensis Synodus in Germania sub Hadriano I. Papa.	777
Nicænum II. Concilium Oecumenicum contra Iconoclastas sub eo- dem Hadriano Papa.	778
Ratisbonense Concilium in Germania sub eodem Papa.	792
Francofordienis Synodus in Germania sub eodem Papa.	793
Foro Juliensis Synodus sub eodem Papa.	794

## CATALOGUS VI.

Personarum Sanctitate Illustrium Octavi Sæculi.

S. Bonitus Claromontanus Episcop.	
S. Silvinus Episcopus Tolosanus.	
S. Swibertus Primus Episcop. Verdensis.	S. Monon Martyr.
S. Wilebrordus Episcopus Traiectensis.	S. Rigobertus Archi-Epi-
S. Macarius Constantinopolitanus.	scopus Rhemensis.
S. Theophilus Monachus.	S. Lullus Moguntinus Episc.
42. Monachi Martyrio affecti sub Con- stantino Copronymo.	S. Nicetas Abbas.
S. Richardus Anglorum Rex.	S. Burchardus I. Episco- pus Herbipolensis.
S. Wilebaldus I. Eistetensis Episcopus in Germania.	
S. Walburga Virgo in Anglia.	
S. Hubertus Episcopus Leodiensis.	CA.

# CATALOGUS VII.

## Eventuum mirabilium Octavi Sæculi.

- |  |                   |
|--|-------------------|
| 1. Roma fame premitur per Triennium.   | 708               |
| 2. Paulus Amarat Primus Dux Venetorum constituitur.  | 706               |
| 3. Arabes Hispanias ingrediuntur, eásque occupant.   | 717               |
| 4. Germaniæ aliquot Populi ad Fidem convertuntur.  | 719               |
| 5. Zizit Saracenorum Princeps, inductus à Judæo quodam Mago,<br>qui ei 40. annorum Dominatum promittebat, si Sacras Imagines<br>è toto suo Regno eliminaret, fecit, quod petebatur ab illo,<br>sed brevi morte repentina extensus est. | 724               |
| 6. Corpus S. Augustini Papiam è Sardinia est translatum.   | 725               |
| 7. Mense Januario visuntur Cometæ duo, quorum alter Solem Ma-<br>tutinis horis præcedebat, alter subsequebatur Vespertinis.  | 729               |
| 8. Horribilis Eclipsis Solis pertotum ferè Orbem.  | 735. 15. Augosti. |
| 9. Alfonſus Rex Gallæciæ repullulantem in Hispania hærefim ra-<br>dicitus extirpat.  | 735               |
| 10. Ceolulphus Anglorum Rex relicto Regno, fit Monachus.   | 737               |
| 11. In Gallia Provinciæ Viennensis & Lugdunensis à Saracenis di-<br>reptæ.   | 738               |
| 12. Constantinopolis vehementi terræ motu concussa, vi cuius<br>multa ædificia, quæ publica, quæ privata diruta, ac everfa,<br>quorum ruinis plurimi obruti sunt.  | 740               |
| 13. In eadem Urbe trecenta millia hominum peste sublata.   | 741               |
| 14. Cinis de Cœlo cecidit.   | 744               |
| 15. Stellæ visæ quasi de Cœlo cadentes tanto cum terrore, ut instare<br>Mundi terminus putaretur.  | 745               |
| 16. Signum Sanctæ Crucis impressum apparet in vestibus homi-<br>num.   | 787               |
| 17. Parisiensis Universitas instituitur, Papiensis Acedemia funda-<br>tur. Bononiensis resuscitatur. Aquisgranum in Germania æ-<br>dificatur, à Carolo Nominé, & re Magno.   |                   |

CA-

# CATALOGUS VIII.

## Hæresiarcharum & Hæresum præcipuarum Octavi Sæculi.

Agonyclitæ.	Aldebertus.	Pauliciani, seu Pauli Jo-
Christianocategorii.	Clemens Scotus.	hannitæ, qui &
Iconoclastæ seu	Felix Vrgellitanus.	Atingani.
Iconomachi.	Elipandus.	

## P E R S E C U T I O N E S.

Gravissima hoc Sæculo fuit Ecclesiæ persecutio ab Iconoclastis seu Iconomachis, præsertim sub Leone III. & Filio ejusdem Constantino Copronymo, nonnullisque Principibus Saracenorum. Duravit quoque adhuc ex parte, Persecutio Ecclesiæ sub Monothelitis.



## CONTINUATIO

### Synopsis Chronologicæ Rerum Ecclesiasticarum. Continenens Res memorabiles Ecclesiæ, ab Anno 800. usque ad Annum 900.

801. **C**arolus Novus Imperator Occidentis, ut se verum Imperatorem præstaret, novas Leges, cuncte saluberrimas populis suis promulgat. Irene Imperatrix Orientis, ut filii Constantino-politanos demereretur, Tributa, quibus nimium premebantur, remittit. Occasione terræ motus maximi Italiam & Germaniam concutientis S. Leo Papa Rogationes triduo ante Ascensionem restaurat. Moravi ad Christiana Sacra convertuntur per S. Godwinum.

802. Irene Imperatrix Orientis à Nicephoro exanctoratur, ac in exilium mittitur. Papensis & Bononiensis Universitas in Italia efflorescit; Alphonſus Rex Hispania Urbes recuperatas à Mauris insigniter mutant, reique Catholica plurimum consulit. Concilium Altinense celebratur.

803. Irene Imperatrix in Insula Lesbo exul, ex mortore & arumnis moritur. Nicephorus Imperator Orientis, Occidentale Imperium Carolo Magno ultrò cedit, amicitia inter utrumque firmata.

804. Leo Papa rogatu Caroli Magni Mantuanum venit ad levandum Sanguinem Christi ibidem repertum. Albinus Flaccus seu Alcuinus vir ex doctrina Orbi notissimus, finem vivendi facit. Saxones nunc de-mum post 33. annorum bellum plenè subiguntur à Carolo Magno, in diversias Provincias distracti.

805. Hunni contra Slavos opem Caroli Magni implorant, atque impetrant. Qui ad eosdem juvandos Carolum Filium mittit, à quo vici Slavi, Duxque illorum Lichus in prælio occumbit. Nicephorus Orientis Imperator à Saracenis profigatur, & pacem tributo redimere cogitur.

806. Carolus Magnus Conventu habito in Villa Theodenis, Testamentum condit, & Regnum suum inter tres Filios dividit, Carolo Majori Natu, Belgicam Galliam, ac Germaniæ partem magnam; Pipino Italianam, Pojoriam & partem Alemannicæ, Ludovico Aquitaniam & Gallias relinquens, omnibus ijs defensionem Romani Pontificis accuratissime commendans, de Imperio nihil statuens. S. Cypriani Offia Cartagine Lugdunum in Gallias transferuntur.

807. Aaron Saracenorum Princeps, Myrz in Lycia Sepulchrum Sancti Nicolai disjicere & diripere tentans, peccas dat Sacilege Voluntatis Clasie ejus horrendo naufragio disjecta, & magna ex parte mersa, ipse quoque vix evasit facti penitens. Carolus in Sardinia & Corsica Saracenos, Duce Burgardo profigat, ac eo. Monachos è Saracenorum captivitate redimit. Ludovicus quoque ejus Filius in Aquitania Christia-

nam disciplinam promovet, multaque Monasteria erigit. Nicēphorus Orientis Imperator in viros magnos, ac præsertim Ecclesiasticos crudeliter sicut.

808. Barcinonem eripit Mauris Ludovicus Caroli Magni Filius. Nicēphorus cum Bulgaris infeliciter configit.

809. Concilium Aquisgranense in Germania super processione Spiritus Sancti celebratur. Cogitus etiam a Nicēphoro Pleno Synodus Constantinopoli, cui cū multi sanctitate & doctrinā prædicti viri nolent subscribere, plurima à Nicēphoro Imperatore sunt passi.

810. Moritur hoc anno incredibili omnium bonorum dolore Pipinus Caroli Magni Filius. Nicēphorus hoc anno se Manichæum, aut eorum fautorum ostendit, fitque manifestus hostis pieratis & Ecclesiæ.

811. Nicēphorus Bulgariam ingressus, & prosperis aliquot prælijs insolenter redditus, pacem pententi Crucio Bulgarorum Duci denegat, quando hic ex desperatione animum colligens in eum irruit, eumque capit, ac deum interimit, in cujus locum acclamatus est Imperator Michael Europolates; sic pax redditia est per Impij Principis interitum Orientalibus Ecclesijs. Hoc eodem etiam Anno mortuus est alter Caroli Magni Filius primogenitus Carolus.

812. Michaēl Imperator Manichæos exagit, atque Gladio in eos animadvertere jubar. Ab Arabibus profanantur Monasteria & Ecclesiæ Palæstinae. Michaēl Imperator, mitrit Legatos ad Carolum Magnum, & Leonem Papam cum Professione Fidei, unde utriusque Ecclesiæ sperata est amicitia, & unitas salutaris. In Germania plurimæ Scholæ eriguntur, ad stipulante Carolo Magno.

813. Viñtus à Bulgariis Michaēl Imperator, Leoni Armeno relinquit Imperium. Eodem Anno Ludovicus Caroli Magni Filius solus atque unicus ex Fratribus jam superest, à rebus sanctè gestis, postea cognominatus Pius, volente ac instante Patre, salutatur Imperator Aquisgrani. Ipse vero Carolus, rebus Ecclesiæ compendiat, Orationibus, Eleemosynis, & sacris libris legendis deinceps vacat.

814. Obiit hoc Anno Carolus Magnus Aquisgrani, Etatis sue 72. Imperij 14. Regni Francie 47. Vir de Ecclesiæ, si quis alius Princeps, optime meritus. Leo Armenus Orientis Imperator palam ostendit, se esse Iconoclastam, Orthodoxorumque Persecutorem. Misit ramen Venetis S. Zacharia corpus cum parte Sanctæ Crucis, ac Dominica Vestis, & alterius, que fuerat Deipara Virginis. Succedit in administratione Imperij Occidentalis Parenti, Ludovicus Pius.

815. Mortuo Carolo Magno scelerati Romani in Leonem Papam insurgunt, cujus defensionem mox suscipit in se Ludovicus Imperator, missò Romam nepote suo Bernardo Pipini Patris Filio Rege Italie ad componendos tumultus exortos. Sicut interim Leo Armenus in Ecclesiæ. Hispani multi ob Tyrannidem Saracenorum fugiunt in Galliam, quos Ludovicus Pius benignè suscipit, iisdemque habitationes concedit, & agros, unde vivere possint, liberaliter assignat.

816. Obiit hoc Anno Leo Papa III. cū sedisset Annos 20. Menses 5. dies 17. Cui post dies 10. substitutus est Stephanus ejus Nominis V. dictus tamen IV. Leo Armenus in Episcopos & Monachos acerbius servit. S. Jacobi Majoris corpus inventum Compostella levatur, deinceps magno peregrinorum concurso, ac miraculis frequentissimis celebratur.

817. Moritur Stephanus IV. Papa, cū sedisset Mensibus 7. & 3. diebus, in vita & post mortem miraculis clarus, cui post biduum sufficitur Paschalis, Patria Romanus, Vir pius, doctus, ac eloquens. Hoc Anno Concilium celebratum est Aquisgrani, in quo confirmata sunt, quæcumque donata hacenus fuerant Romanæ Ecclesiæ à Pipino, Carolo, & Ludovico. Ab hoc tempore Pontifices Romani sua Diplomata non Imperatorum annis, ut olim, sed Pontificatus sui notare consueverunt. Orientales mittunt Legatos Romanum ad Paschalem Papam, ex quibus Catholicæ honorifice suscepit; Iconoclastæ, nec ad Urbem accedere permitti.

818. Paschalis Papa Legionem mittit in Orientem, quæ multi revocati sunt ad saniorem doctrinam Fidei, multi in Orthodoxa fide confirmati, sed aucta quoque est persecutio, & Martyrum Numerus in exilio & carcerebus morientium, Leone Imperatore nipiùm efferrato, nec tam imperante amplius, quam ruginente.

819. Dum Leo in Oriente omnia sacra & profana susdique permisces & Ecclesiæ vexat, Ludovicus Pius in Occidente frequentibus Synodis Orientali Ecclesiæ prospicit.

820. Leo Scelestus Imperator cū imperasset Annis 7. Mensibus 5. ipsa nocte Natalis Domini, multis confusis vulneribus interfactus est, cīque mox subrogatus Michaēl Dux, Cognomento Balbus. Leone Armeno adhuc vivo ( sed quo Anno ignoratur ) corpus S. Marci Venetas delatum est Alexandriæ. In Galia ex pluviarum Copia, Pestis & Fames ingens. Saraceni Panormum capiunt.

821. In Oriente Michaēlis Imperatoris edito, Orthodoxi omnes vinculis exolvuntur, atque exiles revocantur. In Hispania persecutionis in Christianos à Saracenis Cordubæ initium datum.

822. Saraceni ex Hispania navigantes, Cretam Insulam occupant, inque loco tuto Candace nominato, Urbem constituant, unde & tota Insula Candax & postea Candia dicta est.

823. Lotharius Filius Ludovici Imperatoris à Paschali Papa in Imperatorem die Festo Paschatis in Basilica S. Petri coronatur. Michael Balbus Imperator primò quis & qualiusquam esset, aperit, nempe Semi-Judax, impius, hostis Literaturæ, novaque heresi infectus, quæ Baptismum solum admittens, ac circumcisionem respueens, Mosaicam festabatur Legem.

824. Paschalis Papa cùm sedisset annis 7. Mensibus 3. diebus 13. moritur, cui suffectus est post dies 4. Eugenius II. Vir doctissimus, atque pientissimus. Interim Michaël Orientis Imperator cupiens videri Catholicus, Legatos cum Literis & muniberibus ad Ludovicum Imperatorem mittit, utl & ad ipsum Pontificem Romanum.

825. Habita est Parisijs Synodus, in qua damnatus est Claudius Episcopus Taurinensis Hagiomachus.

826. Romæ Concilium Episcoporum 63 convocatum est ab Eugenio Papa. Arioldus sive Herialdus Danorum Rex Moguntiæ in Ecclesia S. Albani baptizatur cum Regina & suis omnibus; datumque initium Conversionis Danorum & Svecorum.

827. Moritur hoc Anno Eugenius II. cùm sedisset Annos 3. Menses 2. dies 23. cui post unum diem suffectus est Valentinus Romanus, sed illo post 40. dies defuncto, subrogatus est Gregorius IV. Romanus, genere clarus, & divinis humanisque literis excultissimus, eo dignior hæc sede, quod in illam ex latebris vi extractus est.

828. Quatuor Synodi hoc Anno sunt celebrate, nempe: Parisijs, Moguntiæ, Tolosæ, & Lugduni. In Hispaniis exardecit persecutio. Occidens excursionibus Saracenorum & Bulgorum, ac intestinis domesticisque bellis vexatur.

829. Obiit hoc Anno impiissimus Imperator Orientis Michaël Balbus, succedente Theophilo ejus Filio, qui initio quidem Regiminis Imperij, Iustitiae Cultor, deinde tamen Iconomachus apparuit. Gregorius IV. Pontifex Ostia Tiberina novis Menibus concta Saracenos circumiunxit. Jecit & fundamenta Nova Civitatis, ut cùm S. Petri Basilicam includeret, quæ postea à Leone IV. abolutè Leonina dicta est.

830. Theophilus persequitur Orthodoxos in Oriente. Conspiratio in Ludovicum Pium à Filii Principibus, & præsertim Lothario erupit, sed indecito Neomagi Conventu, Lotharius Patri conciliatus est. Nimia famea Clementia Ludovici, dum lenius in conjuratos agit, eosque minoribus castigat penitentia, malevolentiam eorum non repressit, sed audaciam auxit.

831. Igitur Pipinus unus ex Filii Ludovici, rufus se & alios contra Ludovicum commovet. In Dania & Suecia Scholas aperit S. Ansarius. S. Bartholomæi corpus olim ad Liparam delatum, hoc Anno deveniata Insulâ à Saracenis, Beneventum transportatur.

832. Pipinus à Patre incarcetur, & in pœnam Aquitaniam privatur, sed is à suis subductus, Patrem vicissim Imperio privare conatur. Theophilus Orientis Imperator sevire pergit in Catholicos. Officium Defunctorum compositum à B. Humulario Trevirensi Archi-Episcopo in lucem prodit.

833. Rebellant in Patrem Ludovicum, Pipinus, Lotharius, & Ludovicus Filii, ac ab ijs turpifacinore exauktoratur, Imperio in Lotharium translato. Quod facinus indignè fert Gregorius Papa, & boni omnes detestantur, mōxque ad verum Imperatorem restituendum animum applicant.

834. Conflitus undique Exercitibus ad reponendum Imperatorem, & Gregorio Papa rescidente asta contra ipsum, restitutur Imperio Ludovicus. Theophilus Orientalis Imperator Saracenos aggressus, vietus ab ijs, ac propè caput est. In Hispania 200. Monachi à Saracenis Martyrio afficiuntur.

835. Theophilus glassante in Catholicos, acerbius, quam ante. Conjurati in Ludovicum eidem concilianter Festum omnium SS. à Gregorio IV. instituitur

836. Lotharius contra Iusjurandum datum quando coronatus fuit Romæ, caput perturbare statum Ecclesiæ, reperit eam partem Italæ, quæ Ecclesiæ à Pipino, Carolo Magno, & Ludovico Pio donata fuerat, nec desistit, nisi à Patre cohibitus, & territus fuisset. Hoc eodem Anno Ludovicus Caesar Normannos in Frisia irumpentes & Britannos tumultuantes reprimit, non tam armis, quam pietate, quæ ad omnia est utilis, in Principibus præsertim: sed & Principum Conjurationes in pium Imperatorem, ius extinxit.

837. Vito Camero crinito, qui hoc Anno apparuerat, Ludovicus parat se ad mortem, & inter Filios ditiones suis partitur. Rhabanus Abbas Primus in Germaniam Græcas Leras postliminio invehit.

838. Defuncto interea Pipino rufus alio modo partitur Provincias Ludovicus inter Filios & Nepotem Ludovicum ex Pipino. Et Aquitanum Carolo adjungit. Lothorio Imperium tribuit, & Ludovicu loco Aquitanie Boicam assignat, que divisio postea fuit multarum dissensionum, tam inter ipsos Fratres, quam inter Filios & Parentem ansa & occasio.

839. In ligno igitur ferens Ludovicus junior se Regno paterno privatum, Rebellionem moret, quem tamen Ludovicus Imperator vi & armis ad obsequium debitum compulit. Gregorius Papa ad universos Episcopos Europeæ scribit, jubens causas appellantium ad Sedem Apostolicam, judicari aut Romæ, aut à Legatis suis à latere.

840. Ludovicum Imperatorem turbat iterum Ludovicus junior ex Pipino Filio Nepos, bello in Germania concitato, quem dum incommoda persequitur tempestate Imperator, in morbum incidit, & pientissime, ut vixerat, in Insula vicina Moguntiae ex hac vita defecit, sepultusque est Metis. Vir, in quo nihil argui potuit, praeferit nimiam felicitatem & Clementiam. Successit ei in Imperium Lotharius Filius.

841. Lotharius Monarchiam appetens, à Fratribus acti & cruento prælio vincitur, casis ferè 100. millibus.

842. Lotharius iterum in Fratres coniungens, iterum ab ijsdem fugatur, qui proinde de divisione Imperii voluerunt habere Conventum Aquitaniæ, ac Judicio Episcoporum statet. Hi autem Lotharium Imperio, Regnoque privârunt, translati eo in Carolum atque Ludovicum Fratres. Theophilus Orientis Imperator moritur, Michaelis Filius sub tutela Mattis Theodori; morte Theophilis pars redditæ est Ecclesia.

843. Lotharius malo suo sapientior factus pro pace & parte Regni supplicat apud Fratres, quæ etiam ei concedunt studio publicæ tranquillitatis. Hoc Anno obiit Gregorius IV. Papa, cum sedisset Annos 16. Hi idem Annus Italæ fatalis fuit, Sigenuiphys siquidem ob occisum Fratrem Sickardum Beneventi Ducem Saracenos in auxilium ex Hispania evocat, qui Beneventum exponerent, Capuam incederunt, & immensa mala per 20. Annos Italæ intulerunt.

844. Sergius hujus Nominis Secundus, patria Romanus, eruditione, & moribus insignis in Pontificem Romanum eligitur. Mox Ludovicus Lotharij Filius cum exercitu Francorum Romanam venit, & à Sergio Papa in Longobardorum Regem coronatur. Ramitius Gallicæ Rex, Alphonsi Casti Successor, ejurato ad imitationem Parentis 100. puerarum & puerorum anno tributo, precibus S. Jacobi & Sacramentis munitus, Saracenos se invadentes gloriose profligat & vincit.

845. Bulgari in fame valida adiuti à Deo convertuntur ad fidem. Manichæos ferro & armis persequitur Michael Imperator, ex quibus aliqui Saraceni conjuncti in Christianos ipsis Arabibus infensores, & crudeliores extiterunt. Nortmanni in Gallias irrumpunt, eisque fæde depopulantur, percussi tamen à Deo multis modis ob Sacilegii quam plurima.

846. Saraceni ex Africa navigantes, Romanum improposito impetu aggrediuntur, à cujus Mænibus aggræsebuntur, sed Basilikam S. Petri omnibus suis ornamentis atque divitijs spoliant, ac redeuntes in Africam naufragiū passi, ferè omnes unū cum spolijs pereunt.

847. Sergius Papa, cum sedisset Annos tres, ac Menfem unum, moritur, cui eadem subrogatur die Leo IV. Romanus, Sanctimonia vita conspicuus.

848. Leo IV. Pontifex Urbem manit ac Novam Civitatem, Leoninam dictam, in Vaticano cum Muriis Basilikam Apostolorum ambientibus, ut tutæ esset ab incuriosis Barbarorum (quod opus Leo III. inchoaverat) confirmit. Hoc Anno celebratur Synodus Moguntina Secunda, in qua Gothescalcus Monachus, homo ambitiosus & ex lexe damnatus est, & ejus doctrina, ut heretica reprobata.

849. Saraceni Africani novâ instaurata clavis Romani iterum diripere cegitant, sed male multantur, occurrente ijs Neapolitanâ classe, & excitata gravi tempestate in mari, unde partim hausti aquâ, partim fame & gladio, ferè omnes perierte. In Synodo Turonensi Nomenius Dux Britonum ob vexatos Episcopos, & contempta Leonis Papæ monita, damnatur, nec multo post ab Anglo percutitus miserè perit.

850. Cordubensis Ecclesia per Saracenos multis Martyribus illustratur. In Gallia Carolus Rex ob Ecclesiæ Bona Iacis data punitur, parte ditionis ejus à Godefrido Nortmannorum Duce, occupata, Nortmannia deinceps dicta.

851. Ludovicus Lotharij Imperatoris Filius Beneventanos à Saracenis liberat. Post plurimum hoc anno Matyria Cordubæ tandem pax, & tranquillitas Ecclesiæ illi redditur.

852. Renovata hoc Anno tantisper interrupta Cordubæ persecutio, Carolus Rex Francæ, Pipinum & Carolum Filios Fratris sui Pipini Regnum inquietantes capit, & atroxios in Monasterium retrudit. Leoninam Urbem absolvit S. Leo Papa.

853. Sueßione Synodus celebratur. Romanum quoque à Leone indictum Concilium. Nortmanni Gallias denuò ingressi Turronas incidunt, prius tamen inde à fideiibus Corpus S. Martini translatum est Aurelias, & hinc Antissiodorum ubique miraculis coruscans; unde postea redustum est in pristinum locum.

854. Leo Papa centum cellas Mænibus contra Saracenos munit. Nortmanni Sacrilegijs contamina-tissimi mutuis cædibus se conficiant. Lotharius Regno inter Filios diviso deserit Imperium & fit Monachus, atque eodem Anno pie obit.

855. Concilium Valentæ celebratur, in quo Duella prohibita, & errores Gotthescalchi denuò sunt damnati. S. Leo IV. Papa moritur, statimque eidem substitutus Benedictus III.

856. Tiberis infanta inundatio Romanam obruit & vix non everit; inde subsecuta pestilentia, quæ fluminous guttura obstruens homines necabat.

857. Moguntia Synodus celebrata à Carolo. Cordubæ aliquot Martyres effecti. Ethelulphus Rex Saxonum

Monum in Anglia moriens Testamento condito annualem censum constituit, Romana Basilica SS. Petri & Pauli pro luminaribus, & pro Eleemosynis Papæ augendis.

858. Obiit hoc Anno Benedictus III. Papa, cum sedisset Annos duos, Menses sex, dies 10. in cuius locum eligitur Nicolaus Diaconus presente Ludovico Imperatore, à quo valde honoratus est. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus peridiā Barda deponitur, & postea in exilium relegatur, suffecto in ejus locum Photorio Laico Eunicho, quæ fuit materies multarum in Oriente dissensionum.

859. Martyrio afficitur Cordubæ S. Eulogius. Phocius Ignatum renunciare nolentem Episcopatu, graviter vexat. Concilium Tulense celebratur in Gallia.

860. Nicolaus Pontifex mittit Legatos Constantinopolim ad cognoscendam Causam Ignatij Patriarchæ expulsi & Photij intrusi.

861. Ordovio Gallæcia Rege vitæ functo, succedit ei Filius Alphonsus Magnus, qui thesauros Patris erogavit in pauperes & Ecclesiæ, multis ideo auctis victorijs contra Arabes. Roma Lateranense Concilium actum adversus Joannem Episcopum Ravennatem.

862. Michael Imperator in pejus semper ruente, & in voluptatibus ac securritatibus in ipsis etiam Sacris rebus deridens insaniente, S. Sophia Basilica conflagrat, totaque Urbs Constantinopolitana ingenti conquaestatur terra motu. Nicolaus Papa missis literis ad omnes Patriarchas Orientis, improbat dejectionem Ignatij Patriarchæ, Romæque coactâ Synodo Theopaschitarum hæresim ab Orientalibus quibusdam suscitatam damnat.

863. Romam iterum convocat Synodum Nicolaus Papa, in qua depositi & damnati sunt Zacharias & Roaldus Legati Apostolici, quod subscriptissent damnationi Ignatij Patriarchæ Constantinopolitanæ, damnatio quoque est Photius; & decreta ejusdem Ignatij in Patriarchatum restitutio.

864. Nicolaus Papa curam accuratam Ecclesiastum gerit, inopibusque subvenit, nomina omnium pauperum, qui Romæ tunc reperiebantur, curiosè conscripsa retinens. Cunctis se consulentibus sapienter respondet, sequè eximium boni Pontificis pergit exhibere exemplum.

865. Michael Imperator Orientis, homo flagitosissimus, mittit ad Nicolaum Papam literas à Photio Pseudo Patriarcha dictatas, verbis contumeliosis, ac minis plenas, ideoque Synodali sententiâ igni tradendas; quibus tamen intrepide & sapienter respondit Nicolaus, comminatusque est Michaeli excommunicationem, nisi restitueret in pristinum statum Constantinopolitanam Ecclesiastam.

866. Michael Schismatico Imperatore Papam spernente; Michael Bulgarorum Rex Legationem honorificam ad Nicolaum Pontificem, tanquam summum Ecclesiast Pastorem mittit, quæ perit se, siuque in Fide Christiana melius edoceri; Nicolaus igitur Synodo convocata ad decidendas Quæstiones à Rege Bulgaro propositas, utpote Materiam ad Eudem p̄stantem continentis, desirat in Bulgaria duos magnæ Sanctitatis Episcopos, Paulum & Formosum, illum Populoniensis, hunc Portuensis Ecclesiast Antistitem.

867. Legati & Missionarii Apostolici magnisq; à Rege Bulgarorum recipiuntur, à quibus, qui ex Bulgaria nec dum baptismum suscepserant, Sacris aquis tinguntur, reliqui in Christiana fide melius erudiuntur. Michael Imperator Bardam, cuius pessimis Consilijs depravatus fuerat, quémque jam (utpote prole carentis) in Collegam Imperij assumpferat, levissima de cauſa per satellites intermedium curat, & in locum illius Basiliū Cubiculi sui Prafectum, Collegam Imperij creat, sed hujus justas reprehensiones ferre non valens, cum similiter de medio tollere deliberat. Hic tamen illum prævenit, itaque Michaeli vieno somnōque sepultus à conjuratis Basiliij, in Palatio multis vulneribus confossum exercrandam, cum vino & sanguine Dæmonibus evomit animam, & Basilius solus in Imperatorem acclamat. Qui mox ad Nicolaum Pontificem scribit, paratus componere controversias per sceleratum Photium excitatas. Interea Nicolaus Papa, cum sedisset Annos 9. Menses 6. dies 20. meritis plenus in Cœlum migrat; cui subregatus est Hadrianus II. Romanus, Annos tum 75. natus. Lampertus Dux Spoleti tempore Consecrationis Hadriani Urbem diripit, ob fiduciam ab Imperatore Ducatu privatur. Rutheni Septentrionales in Fide Christiana instrui desiderant.

868. Acta Pseudo Synodi Photiana flammis traduntur Romæ, idem ut fieret Constantinopoli cursum, magnaque spes utriusque Ecclesiæ, plena pacis affulit. Lotharius veniens Romam ab Hadriano Papa in contestationem firmi Decreti de dimittenda pellicie quam legitimæ uxori superinduxerat, Sacro Christi Corporé recusat, sed eventus docuit, reum fusce perjurii Lotharium, ac illius Comites; omnes enim intra Annūm periērunt, ipisque Lotharius in itinere repente extinctus est Placentia.

869. Hadrianus Papa Legationem Constantinopolim ad Basiliū mittit, & Octavam Generalem Synodum Constantinopoli contra Photium celebrari curat, interfuit eidem & ipse Basilius, multaque præclarè p̄ unione & concordia utriusque Ecclesiæ egit.

870. Occupata à Danis Angliæ & Scotiæ plurimi Catholicæ & Religiosi præsertim, ac Sacra Virgines Martyrum subeunt: Photius à Basilio longius relegatur. In Syria Imago Beatissimæ Virginis Oleo salutari manat, quo varij morbi non tentum Christianorum, sed & Judæorum, & Saracenorum sanantur.

871. Photius per Epistolas suos detinet in Schismate. Ludovicus Imperator Rōmæ coronatur ab Hadriano Papa. Mirabile de Danis Victoriam reportat Ethelredus Rex Angliae, cum audiens Missam in tentorio, & sollicitatus à suis ad pralium negaret id se facturum ante finem Missæ, quā finita certamini se dedit, hostēmque potentissimum gloriose devicit.

872. Hadrianus Papa cū sedisset Annos 4. Menses 10. dies 17. moritur, cūjus in locum electus est Joannes VIII.

873. Ludovicus Imperator in Conventu Romano à Pontifice absolvitur à Juramento, quod coactus fecerat perfidiosè per Adelgisum Ducem Beneventanum, priore Anno captus. Alfonsus Rex Hispanie indigne à proprijs filijs exagitatur.

874. Joannes Papa, Ludovicus Imperator, & Ludovicus Rex, Veronam ad colloquium veniunt, ubi Ludovicus Germania Regi diebus Quadragesimæ Oranti apparuit Ludovicus Pares, obsecrants ut ipsum indicis per Ecclesias precibus liberaret à tormentis Purgatorijs, in quibus per Annos ferè 24. detinebatur, eo, quod in Regno suo hæresim Nicolaitarum permiserit. Saraceni Salernum obsident, sed obsidionem solvit Ludovicus Imperator, & Saracenos internecione delet. Abdilä eorum Rege, dum Sacra Virgini vim intentat, miserè prius pereunte. Beorredus, Rex Merciorum pulsus à Danis, Romam venit cum Reginæ, ibique pè moritur.

875. Ludovicus Imperator, Vir piissimus, & variâ fortunâ exercitus, moritur. Cui in Imperio Caroli Ius Calvus succedit, qui statim Romam se conferens à Joanne Papa in Christi Natalitijs coronatus est. Sclavæ Rugiæ Insulae Ecclesiæ adjunguntur. Engilberga Augusta Vidua, in Monasterium Brixense se includit, solius DEI Servitij posthac vacatur.

876. Ludovicus Germanus Rex obiit Francofurti, cūjus Regnum magnis Copijs Carolus Calvus Imperator invadit, sed vītus à Ludovicus defuncti Regis Filio, & Regni Hærede, agè ipsem effugit. Jussu Caroli, & Authoritate Apostolica in Gallia apud Pontigonem Concilium generale celebratur.

877. Joannes Papa undique auxilia ad propulsandos Saracenos ab Italia, & ab ipsa Urbe, conquerit, verūm his destitutus, cogit ad redimendam quietem Annū tributum Saracenis pendere. Hoc eodem Anno mortuus est Carolus Calvus Imperator, veneno à Sedeckia Medico Judeo propinato; cui succedit in Imperium & Regnum Ludovicus Balbus, ab impedita Lingua sic dictus. Constantinopoli Seclarij Photij recusant communicare cum Ignatio Patriarcha, unde Schismata ingens exoritur.

878. Pro tollendo Schismate Ecclesiæ Constantinopolitanæ Joannes Papa mittit Legatos, quibus praepicit, Ecclesiam etiam Bulgarorum invilere. Interea magno utriusque Ecclesiæ damno migrat ex hac vita Ignatius Patriarcha, miraculis ante & post obitum clarus. Photius tertia abhinc die Sedem Patriarchalem tyrannicè occupat, ac omnia aucta Ignatij rescindit, ac evertit. Lambertus Dux Spoleti, & Adalbertus Marchio Tuscus Romanum invadunt, Joannem Papam cum Clero in Custodia tenent, ac Proceres Romanos in verba Carolomanii iurata cogunt. Joannes ergo, cūm videret omnia turbatissima esse Roma, in Galalias proficiscitur, Generalem Synodum Trévis celebrat, in qua excommunicantur hostes Ecclesiæ, & ipse Ludovicus Balbus in Imperio confirmatur, ac à Joanne Papa in Regem, & Imperatorem coronatur.

879. Obiit hoc Anno Ludovicus Balbus Francia Rex, & Occidentis Imperator. Quo auditio, Joannes Papa Synodum Romæ convocat, & Carolum Crassum, Filium Ludovici, Fratris Caroli Calvi pro Imperio designat. Idem Joannes Papa ad avertenda majora mala, rogatu Basili Imperatoris, Photium in Patriarchatu Constantinopolitano confirmat; Unde factum, ut Joannes, dum mollius cum Græcis jam ad Schismata propenditibus agit, non Papa, sed Papissæ dictus fuerit, utpote quia effeminator, Eunicho Photio, cui resisteret non est ausus.

880. Joannes Papa admonitus de ijs, quæ Photius gesserat, in sua Pseudo Synodo facilitatis sive Photio confirmando pœnitentem, tandem Pseudo Synodum, ipiūmque Photium damnat & excommunicat. Eodem autem Anno Moravis uti in Mysterijs Lingua Slavonicâ concedit.

881. Hoc Anno primò Carolus Crassus à Joanne VIII. coronatur Romæ in Imperatorem. Idem Joannes Papa Athanasium Episcopum, & Principem Neapolitanum, ob istum cum Saracenis fœdus excommunicat, petentique veniam absolutionem denegat, nisi Saracenos, quos evocaverat in auxilium, necet aut capiat.

882. Joannes VIII. ærumnis confessus ob prævalentes Saracenos, & Principum Christianorum discordias, è vivis decedit, succedente eidem Marino Viro forti, ac cordato, qui statim Photium, ejisque acta damnat, furente ob id Basilio Imperatore. Godefridus Dux Normannorum cum Francis pacem init, & Fidem Christianam suscipit.

883. Photij mutua Epistolæ, & Patriarchæ Aquileiæ, contra processionem Spiritus Sancti à Filio, propagantur, hæcque occasione Symbolo Constantinopolitano vox illa: Filioque, Roma inferior, quod jam pridem fecerant Ecclesiæ Gallicanæ, & Hispanienses, atque tunc cani cœptum publice id, quod antea suppressum, licet sapienter ab omnibus credebatur.

884. Brevi Regimine Marinus Tapa obiit, cum sedisset Annuntutum, & dies 20. Cui substitutus est invictissimus Hadrianus III. Romanus, qui quoque Photium execratus est. Saraceni Cassinense Monasterium invadunt, atque incendunt, Cæsis compluribus loci illius Monachis.

885. Hadrianus III. Sedis iux Anno primo, cum Mensibus 3, diebus 15. moritur, eique sufficitur licet invitissimus Stephanus VI. Hic post electionem, sua paterna bona in pauperes distribuit, & aquâ à te be-meditâ Locutus ab Italia repulit.

886. Beffilio Imperatore Orientis defuncto, succedit Filius Leo VI. paulò ante liberatus è carceribus, quibus septennio à Parente ob leuem Iuspicionem Iancipitus fuerat. Qui mox Photium deposituit, atque in Monasterium Armenorum relegavit, & pro substituendo Stephano Germano suo, sed ordinato Diacono à Photo, à Stephano Pontifice dispensationem petiit, atque impetravit.

887. Paniorum Civitas obsecia à Nortmannis, patrocinio Dispara & SS. Germani, ac Genovæ libera-tur. Coloniz Synodus contra Iisupatores Rerum Ecclesiasticarum, Oppressores pauperum, & incestuo-sas nuptias celebratur.

888. Carolus Craflus, assumpto ad Imperium Arnulpho Carolomanni Filio, in summa paupertate, utpote ex Imperio dejectus, sanctè tamen moritur. Imperium inter multos Præcipes turpiter distrahitur.

889. Stephanus VI. Papa ad petitionem Gracorum Antistitum, & Leonis Orientis Imperatoris inter-positionem, dispensat cum ijs, quos Photius seduxerat. Germania per Hunnos ab Arnulpho immissos mi-ferè devastatur.

890. Alanus Dux Britaniæ, voto cum suis facto de decima parte omnium Bonorum suorum DEO, & Sancto Petro, tam feliciter adversus Nortmannos pugnavit, ut ex 15. millibus hoñium, vix 400. super fuerint. Stephanus VI. Papa Anno Sedis sua sexto moritur.

891. Stephano VI. defuncto, subrogatur Formosus Episcopus Portuensis, pietate, doctrinâ, & Scientiâ scripturarum insignis; cui tamen oppositus fuerat, à quadam populi parte tumultuantे Sergius. Diaconus, verum hac factio statim concidit.

892. Formosus Papa Guidonem in Imperatorem coronat, indignantibus Arnulpho, & Berengario, qui imperium prætendebant. Nortmanni Ecclesiæ Germaniæ devastant.

893. Formosus Papa Iusseralem Synodus Romam convocat. Leo Imperator Orientis, contra Bul-garos, Hunnos, & Turcas concitat, quibus Simen Bulgarorum Rex strenuè resiliat. Quare ex hoc tempore Bulgari rejecere Grecos Episcopos, Romanæque Sedi adhæsere. Lambertus Guidonis filius ungitur in Imperatorem.

894. Ecclesiæ Anglicanæ, destituta ob incuriones Danorum Episcopis, pene ad Gentilismum re-ciderant, quibus tamen providet Formosus Papa.

895. In Germania Synodus Triburianus pro pace Ecclesiæ celebratur, praesente Arnulpho Germaniæ Rege, in qua inter alia decretum fuit, ut Contemptores Censuræ Ecclesiasticæ, tanquam Rebelloes, à Re-gijs Ministris caperentur.

896. Arnulphus Germaniæ Rex à Formoso Papa Romanum invitatur, ut sibi illatas à Romanis injurias ulcisceretur, qui mox Romanum advolat, eandemque capit, ac multos Romanos, primos tumultuum Au-thores obturari capite jubet, & per subreptionem obtinet à Formoso, ut ungatur in Imperatorem. Guidone adhuc, & Lamberto viventibus. Eodem Anno obiit Formosus Papa, cum Annis sex circiter Pontifi-catum tenuisset.

897. Bonifacius hoc Anno invadit Romanam Sedem, hunc tamen post dies 15. depulit Stephanus VII. dictus VI. intrusus quidem ab Alberto Marchione Thuscia, sed postea, accidente consensu Cleri, to-leratus, ne Schismate Ecclesia scinderetur.

898. Carolus Francia Rex, suis diffidens viribus, contra Odonem Comitem Parisensem, qui se Re-gem dixerat, statuit Nortmannos in exilium evocare; sed obfuit illi Fulco Rhemensis Archi-Episcopus, afferens non esse placitum Deo hanc cum Infidelibus Societatem, imo Christiani semper extitisse no-civam. Partit Rex Sancto Monitori, obsequiisque sui premiuhi tulit, Odore ex vivis exemplo 3. Januarij. hujus Anni, sieque habuit sibi Carolus obsequenter totam Franciam, quam cum Nortmannis fero aut nunquam forte sibi subiecisset.

899. Arnulphus verius Rex Germaniæ, quād legitimus Imperator, morbo pediculari extinguitur, neque multo post interiit Guido five Wido Imperator, Lamberto filio adhuc superselite.

900. Stephanus Papa in Carcerem à factiosis detruditur, ibidemque strangulatur; cui Romanus I. substituitur, sublati Arnulpho & Guidone Imperatoribus, Berengarius Dux Foro-juliensis, & Ludovicus Bofonis Filius de Imperio disceptant, sed cum Ludovicus Berengarium fugere compulsius, ac venisset Romanum, ipse in Imperatorem a Pontifice coronatus est.

CA-

# CATALOGUS I.

Continens Nomina, Patriam, & Ordinem Romanorum  
Pontificum, qui hoc Nono Sæculo Ecclesiæ præfuerunt, cum  
accurata assignatione Temporis, quo quis gubernare cœ-  
pit, & desit.

Nomina Patria & Ordo Roma- norum Pontificum.	Initium Sedis A. M. D.	Finis Sedis A. M. D.	Duratio A. M. D.	Vacantia M. D.
99. Stephanus V. Romanus.	816. Junij. 22	817. Jan. 29	0.	7. 3 0.
100. S. Paschalis I. Romanus.	817. Januar. 28	824. Maij 14	7.	3. 17 0.
101. Eugenius II. Romanus.	824. Martij. 29	827. Aug. 11	3.	2. 23 0.
102. Valentinus Romanus.	827 Aug. 11	827. Aug. 21	0.	1. 11 0.
103. Gregorius IV. Romanus.	827. Sept. 24	843. Jan. 25	15.	4. 0 0.
104. Sergius II. Romanus.	844. Febr. 10	847. April. 12	3.	2. 0 0.
105. S. Leo IV. Romanus.	847. April. 12	855. Julij. 17	8.	3. 5 0.
106. Benedictus III. Romanus.	855. Julij. 17	858. Febr. 16	2.	6. 0 2.
107. Nicolaus I. Romanus.	858. April. 24	867. Nov. 13	9.	6. 20 1.
108. Hadrianus II. Romanus.	867. Decem. 14	872. Nov. 1	4.	10. 17 1.
109. Joannes VIII. Romanus.	872. Decem. 14	882. Dec. 15	10.	0. 1 0.
110. Martinus sive Marinus Fuscus.	882. Decem. 18	884 Jan. 18	1.	1. 0 0.
111. Hadrianus III. Romanus.	884. Januar. 20	885. Maij. 9	1.	3. 19 1.
112. Stephanus VI.	885. Maij. 27	891. Junij. 5	6.	0. 9 1.
113. Formolus.	891. Junij. 13	896. Dec. 23	5.	6. 10 0.
114. Bonifacius VI,	897.	897	0.	0. 15
115. Stephanus VII.	897.	900	3.	

# CATALOGUS II.

Continens Nomina Imperatorum, qui hoc nono  
Sæculo imperarunt. Post restitutum Imperium Occidenti, per  
Leonem Tertium Pontificem Romanum, in Carolo Magno, hi fuere  
Imperatores Sæculo Nono.

Carolus Magnus inijt Imperium Anno Christi 800. imperavit us- que ad Annum.	814
Ludovicus Pius, Caroli Magni Filius, imperavit ad Annum.	840
Lotharius, Ludovici Pij Filius, ad Annum.	855
Ludovicus II. Lotharij Filius, ad Annum.	875
Carolus II. Cognomento Calvus Ludovici Pij Filius, ad An.	877
Ludo-	

Ludovicus III. Cognomento Balbus , Ludovici Filius, ad An.	879
Carolus III. Cognomento Crassus, Ludovici Germaniae Regis Filius, ad Annum.	887
Arnulphus , Carolomanni Filius , ad Annum.	899
Guido , seu Wido , & Lambertus eodem tempore , hos tamen alij solūm Italiae Reges nominant.	

## IMPERATORES ORIENTIS.

Irene Imperatrix.	ad Annum	802
Nicephorus.		811
Michaël Cuperpalates.		813
Leo V. Armenus.		820
Michaël II. Balbus.		829
Theophilus Iconomachus.		842
Michaël III. Porphyrogenitus.		867
Basilius Macedo.		887
Leo VI. Philosophus.		911

## CATALOGUS III.

Continens Nomina Scriptorum Ecclesiasticorum  
Noni Sæculi.

S. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus.	
Claudius Scot. Nithardus Caroli Magni Filius. Aimonius Monachus.	
Theodorus Studita. Angelomus Monachus. Hunrulus Episcop.	
Jonas Aurelianensis. Michaël Syagelus. Rabanus.	
Halitgarius. Hildvinus Abbas. Moyses Barcepha Episc. in Syria.	
Amalarius Fortunatus. Haymo Episcopus. Strabus Monachus.	
Freculphus Monachus. Theodulphus Monachus.	
Hinc Maras Monachus. Basilius Imperator.	
S Eulogius Martyr & Episcopus. Anastasius Bibliothecarius.	
Christianus Drathmarus Monachus. Paschalias Rathbertus Abbas.	
Walafridus Strabo Abbas. Ericus Monachus. S. B.	
Nicetas Dayid. Ado Viennensis Archi-Episco- pus, in Gallia. Wal-	

Waldebertus Monachus.	Henricus Monachus. S. B.
Nicolaus I. Papa.	Milo Monachus. S. B.
S Rombertus Archi-Episc. Bremensis	Hugbaldus Monachus. S. B.
Nicephorus Philosophus.	Remigius Antidorensis Episc.
Simeon Metaphrastes.	Ambrofius Ansbertus.
Michaël Psellus.	
Joannes Ecclesiæ Romanæ Diaconus.	Leo IV. Imperator, Cognomen-
Otfridus Monachus. S. B.	to Philosophus.

---

## CATALOGUS IV.

Continens Nomina Profanorum Scriptorum Noni  
Sæculi.

Albategnius Mathematicus.

Otfridus Germanus.

Nannon Philosophus.

Ex Hebræis Rabbi, Amrambar  
& Sifanna.

## CATALOGUS V.

Conciliorum Nono Sæculo celebratorum.

Concilium habitum in Villa Theodosii in Gallia.	Anno 806.
Aquisgranense in Germania.	809
Arelatense.	Anno 813
Aliud Aquisgranense in Germania.	Meduacensis Synodus. 853
Romanum sub Eugenio.	817
Quatuor Concilia uno Anno indecita. Moguntinum, Parisiense, Lugdunense & Toletanum.	Romanum Concilium Generale eodem anno cœptum. 853
Compendiense.	828
Moguntina Synodus.	Ticinensis Synodus. 855
Aquisgranensis.	833
Aquisgranensis Conventus de Iuribus Regni.	Moguntina. 857
	Julienfis. 859
	Romanum Concilium. 861
	Aquisgranensis Synodus. 862
	Gallicanum ad Sablovarias. 862
	Concilium Romanum sub Nicanor Papa. 863
	Mel.

Meldensis Synodus.	845	Aliud Concilium Romanum sub eodem Papa.	865
Moguntina Synodus.	846	Suectionense Concilium.	866
Parisientis Synodus.	847	Wormatiensis Synodus.	868
Tisciniensis.	850		
Alia Monguntina Synodus.	852		
Constantinopolitanum Concilium IV. & inter Oecumenica VIII. Episcoporum 373.		Anno 869	
Coloniensis Synodus pro Ecclesiastica Disciplina.		870	
Romana Synodus. Anno 873			
Pontigonensis Synodus.	876		
Ticinense Concilium sub Joanne VI.	876	Coloniensis Synodus.	887
Compendiensis Synodus.	877	Moguntina.	888
Trecense Concilium in Gallia.		Romana sub Formoso Papa.	893
	877	Triburienensis in Germania.	895
Romana Synodus.	879		
Rursus alia Romana.	881		

## CATALOGUS VI.

Personarum Sanctitate Illustrium Nono Sæculo.		
S. Galvius Episcopus Engolismensis Martyr.		Anno 801
S. Perfectus Martyr Cordubæ.		850
S. Adolescens Martyr Cordubæ.		851
S. Abundius Presbyter, & Martyr Cordubæ.		856
SS. Elias, & Isidorus Martyres Cordubæ.	816	S. Humbertus Episcopus & M. eodem Anno 870
S. Argimirus M. Anno eodem.		
S. Aurea Virgo & Martyr.		S. Athanasius Neapolitanus Episcopus
S. Anscharius Archi-Episcopus Bremensis M. 865.		872
S. Ebba Abbatissa unâ cum suis Monialibus.		870
S. Edmundus Rex Anglie, Martyr.		870

CA-

935. Concilium Rhemense celebratur, contra rerum Ecclesiasticarum Raptore & Invasores.

936. Henricus Rex Germania, & Imperator Occidentis, cognomento Auceps, magnus Religionis Fautor, Anno Ætatis sua 60. ad superos migravit, cui succedit Otto Filius, quem pius, ac fortis, postea ob res praeclaras gestas, Cognomento Magnus. Methildis vero, Henrici Uxor, pietatis insignis famina multa sancte pro anima Mariti obtulit. Hoc eodem Anno mortuus est Joannes XI. Papa in carcere, cum sedisset Annos 4. & 10. Menses; cui subrogatus est Leo VII. Vir bonus, ac pius.

937. Otto novis Comitijs Aquitani confimatur, & ab Archi-Episcopo Moguntino in Imperatorem unctionitur. Genua ab Africanis Saracenis improviso impetu capitur, tantaque expilatur.

938. Ramirius, Legionis Rex, votis Deo nuncupatis, 200. Arabum millia profigat, casis 80. milibus hostium, capto Alcainam, Rege Mauro. Boleslaus Fratrem suum, S. Wenceslaum, Bohemiae Principem intermitit.

939. Leo Papa VII. ubi sedisset Annos 3. cum Mensibus 6. moritur, eique substituitur Stephanus, revera hujus Nominis IX, dictus tamen VIII. Natione Germanus. Ottho Magnus de sibi Rebellibus celebrem victoriam, non tam armis, quam pietate reportat.

940. Stephanus VIII. Papa Sacrilegis manibus à Romanis, quibusdam factiosis graviter multatus, aliquandiu à publico conspectu abstinet, hinc Ottho Imperator de juvanda, & tuenda Ecclesia Romana Consilia arripit.

941. Russi Boreales cum Inger Rege ob crudelitatem, quam fuerant in Christianos grassati, Navali prelio à Constantino, Orientis Imperatore superantur, & profigantur.

942. Francorum Princeps rebellantes adversus Ludovicum Regem, Legatione Stephani Papæ, excommunicationem minantur, nisi ante Natalem Domini resipiscant, parent Pontifici, & Ludovicum recipiunt.

943. Stephanus VIII. ubi sedisset Annos 3. Mensibus 4. dies 5. migravit è vivis, cui succedit Marinus, seu Martinus II. patria Romanus, Via acceptissimus Cælo, qui statim totum se ad res Ecclesiæ componendas, atque disidia inter Christianos Princeps abolenda contulit.

944. Theophilactus Romani, Imperatoris Orientis Filius, completis jam Annis Ætatis, Patriarchatum Constantinopolitanum administrare incipit. Salvatoris Imago cum Epistola ad Abagarum missa, hoc anno transfertur Constantinopolim multis miraculis per eam editis.

945. Monasticam vitam amplectitur Hugo Italiz Rex, ut peccata, quibus se implicuerat, deficeret, erecto ad hunc finem ex suis Bonis, Nobili Monasterio in Burgundia, titulo S. Petri.

946. Marinus Papa, postquam sedisset Annis 3. Mensibus 6. & diebus 13. moritur: eique substituitur Agapitus II.

947. Asturicensis Synodus celebratur. Habita quoque est Virduni alia Synodus. Obiit hoc Anno Aditha, Uxor Otthonis Regis, miraculis post obitum clara.

948. Tres Synodi hoc Anno celebrantur. Mosomensis, Engelheimiensis, & Trevirensis. Hugo, inquietissimus Princeps excommunicatus est, ob patratu in Ludovicum Regem Franciæ sclera.

949. Otto Danos & Sclavinos, qui ab eo, & Christo defecerant, magno prælio devincit, ac sibi, & Christo denuo subjicit. Agapitus Papa Roma synodo habitâ confirmat excommunicationem Hugonis Principis, donec is Ludovicu satisfaceret.

950. Ramirius, Rex Legionis piissime sicut vixerat, obiit; cui succedit Orodius III. ejusdem Filius. Agapitus Papa Otthonem Imperatorem ad eliberandam Italiam à Tyranide Berengarij junioris, evocat.

951. Otto Imperator veniens in Italianum Berengarium fugat, Saraceni Alpium fauces obsident, & pro transitu, tributum à potentibus Romanum exigunt:

952. Conventus Episcoporum. & Principum Augusta Vindelicorum celebratur, in quo Berengerius cum Filio Adalberto Ottoni Imperatori se subiiciens Regimen Italiz rursus ab Ottone obtinet, in quo tamen Episcopos, & Principes de novo exagitans, grave eorum edium in se concitat.

953. Bruno, Otthonis Imperatoris Frater, dum Archi-Episcopus Colonensis creatur, pallium Archi-Episcopale ab Agapito Pontifice accipit, quo, quando vellet uteretur.

954. S. Matthæi corpus, primò ex Æthiopia, ubi passus erat, in Bithyniam translatum; hoc Anno inde Salernum transfertur. S. Udalricus inter Luitolphum Filium Imperatoris Ottonis, & ipsum Ottonem, cum utriusque exercitus explicatè, in aciem starent, pacem, quæ minimè tunc sperabatur, feliciter conficit.

955. Disfunctus est hoc Anno Vir Sanctissimus, Agapitus Papa, cum sedisset Annos 9. Menses 7. dies 20. cuius sedem invasit, faventibus civibus Romanis Octavianus Adoleficens, vix duo de viginti annorum, Filius Alberici Urbis Principis, factus prius & ipse ex Clerico Urbis Princeps, dictusque est Joannes XI. Atque hic primus ex Pontificibus Nonnæ suum immutavit.

956. Theophylactus Patriarcha Constantinopolitanus Equis alendis (quos insanè amabat) magis adictus, quā animatus suz curæ commissis, morte similem vitæ sortitur. Eisque substitutus Polyceretus Monachus Vir bonus & sapiens : Aula tamē non placuit; quia sceleris ejus dissimilitudine, aut non sciebat, aut nolebat: certè tutā conscientiā non poterat. Sancti Joannis Baptista manus Antiochij Constantinopolim adfertur, & cum solenni pompa excipitur, qua nunc religiosissimè asservatur Monachij in Sacello Antico Serenissimi Electoris Bavariae, unā cum manu dextra S. Chrysostomi, inter alias eximias reliquias Sanctorum illius Sacri Sacelli. Gravis pestilentia Germaniam vexat, quā etiam afflatur ipse Imperator Otto, à qua tamen, intercessione S. Viti Maetyris, prodigiōsè sanatur. Afflantorum autem luci vetere crucibus mirabilibus notabantur, ut hoc modo eluceferet, luem hanc fuisse singularem Dei penam.

957. Joannes Papa exercitum contra Pandulphum Principem Capuz mittit, Sedis Gilulfii Principis Saracennitanus auxilio exercitum Joannis fugat, ac tandem rogarus de pace, fædus cum Joanne init.

958. Luithophorus, Otthonis Imperatoris Filio, in Italia defuncto Berengarius furit, omniaque Sacra & Profana perniciet. Otto Sclavinos Rugios debellat, occiso eorum Regulo. Hoc eodem Anno obit. Odo Cantuarensis Archi-Episcopus in Anglia.

959. Rugorum Regina Fidem Christi amplectitur, noménque Helenæ in Baptismo accipit, petijs quoque ab Ottone Episcopum, sed is male acceptus ab his populis, vix incolumis effugit.

960. Joannes XII. Papa cum multis Italiae Episcopis Berengarium amplius ferre non valens, mittit Legatos ad Ottthonem Imperatorem, cūmque in Italiam invitat, promittens illi Coronam Imperiale, modo auxilio sit sibi, & Ecclesia, quam tunc Berengarius inquietabat. Constantinus Imperator Orientis Veneno à proprio Filio, & Successore Romano tollitur. Statim autem Romanus, ut acclamatus est in Imperatore, Filium quoque suum Basilium coronari juber.

961. Otto Germania Rex antequam in Italiam iter institueret, Filium suum Ottthonem ex Adelaide in Regem Germania creat. Tam in Italiam venit, nulloque negotio Berengarij Exercitum dissipat, iplūmque Berengarium unā cum Filio Adalberto Latebras querere cogit, & Italiam potitur, Papizque subsistit.

962. Otto, celebrato die Natali Domini Papiz, Romanum venit, ubi acclamatur Imperator, & à Joanne Papa inungitur, ac coronatur. Ipse vicissim ingentia Ecclesia Romana offert munera, & quacunque Sedi Apostolicæ donata fuerant à Pipino, Carolo Magno, & Ludovico, amplissimo diplomate confirmat, imo nonnulla etiam addit.

963. Otto Imperator iterum Papiz Natalem Domini & Pascha celebrat. Intetim Joannes Papa ab alienatus ab Ottone favere cœpit Adalberto Berengarij Filio, ejusque partes adversus Ottthonem tueri. Quare venit Otto Romanum cum Exercitu, & fugā elapsio Joanne, sucipitur à populo Romano. A quo etiam convocato Concilio, Joannes Papa XII. deponitur, & Leo VIII. eidem sufficitur. Moritur Romanus Orientis Imperator Anno ætatis 24. relictis duobus Filiis, Basilio, & Constantino pueris. His tamen prætermis Niciphorus Phocas ab Exercitu Imperator acclamatur, & à Polycuento Patriarcha, Constantinopoli 16. Augusti coronatur.

964. Otto Imperator magnam partem Militum dimittit. Inde Romani audacieores facti, Leonem Pontificem Urbe pellunt, Joannemque XII. iterum reducunt, qui tamen hoc eodem Anno obiit. Mox Romani, non expectato Imperatoris Ottthonis placito, in ejus locum Benedictum V. eligunt. Otto igitur hanc Electionem agrè ferens, Romanum obdidet, & eandem fame ad deditiōnem cogit, ac deposito Benedicto, Leonem rursus intrudit; brevi tamen Otto Imperator temeritatis hujus pœnas luit, peste à Dō in illius exercitum immisā, quā multa etiam Nobiles Personæ extincta sunt. Post hæc Berengarius ab Ottone in Castello S. Leonis totius Umbriae munitissimo, expugnatur & capitur, ac unā cum Uxore sua Witta in perpetuum exulare jubetur.

965. Elapſus fugā Adalbertus, Berengarij Filius Italianum turbat. Otto Imperator Germaniam repentes, secum abducit Benedictum V. Papam, acin Custodiā tradit, Virum aliquo Bium & Sanctū, & à Romanis, ut Legitimū Pastorem expetitum, qui tamen hoc eodem Anno in Cœlum migrat, sed & Leo VIII. intrusus, eodem Anno moritur, atque in Pontificem Joannes XIII. eligitur. Poloni hoc ipso Anno ad Christum convertuntur, quo tempore Wandali quoque Fidem Christi recipiunt.

966. Joannes XIII. à Rotferdo Urbis Praefecto in Campaniam abductus & carecti inclusus, opem Ottthonis Imperatoris implorat. Quem metuentes Romani, & mortuo Rotfredo, Pontificem sponte revo- canū, hōc tamen non contentus Ottto Imperator Romanum venit, & Seditiosos graviter mulcat, ac sub fine Anni, Natalem Domini Romæ celebrat, Ottthonisque Filij coronationem in Imperatorem à Pontifice impetrat. Berengarius in exilio mortuus sepelitur Bambergæ, & Wirta ejus Vidua fit Monialis.

967. Otto cum Pontifice Ravennam pergit, & celebrato ibi Paschate, in Syposio donationes factas ab Antecessoribus Sedi Apostolicæ confirmat, unde Joannes Romanum redit, Otto vero in Thusciam secedit. Moritur hoc etiam Anno sanctius Crassius, reliquo successore in Regno Legionis, Ramixio Filio quinque anni, sub tute la Matris Tereſiæ.

968. Joan-

968. Joannis XIII. Papa & Otto Imperator Occidentis, Legatos suos mittunt ad Nicephorum Orientis Imperatorem, ille pro debita sibi subiectione Græcorum, ut Pastori Ecclesiæ Universali, hic pro nuptiis Ottonis Filii cum Anna Romani Filia & Nicephori Privigna, sed utrique clarè, & inhumaniter excipiuntur, durius adhuc & inhumanius remittuntur.

969. Otto Imperator Romanum venit, ubi cum collo unius Comitis Ottoni perchari & à Dæmoni arrepti catena, quā S. Petrus vinculus fuerat, iussu Pontificis Joannis applicatur, statim Dæmon cum clamore ab eo abscedit. Hatto Episcopus Moguntinus in medio Rheni à muribus devoratur; ob misere exceptos, & incendio deletos pauperes. Nicephorus Phocas Orientis Imperator interimitur, eique substitutus Joannes Zemisches, Vir militaris, ac pius.

970. S. Dunstanus Archi-Episcopus Cantuariensis, Authoritate Joannis Papæ, Concilium Generale in Anglia celebrat contra Clericorum incontinentiam, & ipsius Edgari Regis, qui vivâ adhuc Uxore Elfedâ, aliam, & quidem Virginem Deo dicatam, & vi raptam, superinduxerat; Authoritate igitur hujus Concilij, Rex novam nuptiam dimittere, & priori Uxor cohabitare compellitur, septenni pénitentiâ insuper eidem à Concilio injunctâ, quam Rex demississimè acceptat, & exequitur, multa etiam non injuncta supererogans. Joannes Zemisches Imperium inchoat, insigni de Saracenis victoriâ, quam pietate magis, ac de-millione, quam armis reportat.

971. Joannes XIII. Pontifex Generalem Synodum Romanam indicit. Joannes Zemisches Orientis Imperator, patrocinio Beatae Virginis, profus insignis de Barbaris Victoriam reportat. Otto Imperator Occidentis Magdeburgum fundat, & Adalbertum Archi-Episcopum illius Civitatis consecrari curat.

972. Mortuus est hoc Anno Joannes XIII. cùm sedisset Annos 60 Menfes 11. dies 5. Cui subrogatur Dominus fīs Donus, qui cùm vix occupasset sedem mensibus tribus, obiit, succedente eidem Benedicto VI. patriâ Romano.

973. S. Mathildis, Ottonis Mater, ad superös transit Halberstadij. Obiit quoque Sanctus Uldricus, Episcopus Augustanus Annorum 83. miraculis ante, & post mortem illustris. Eodem Annœ vîta decedit & Otto Magnus, Vir post Carolum Magnum, Imperatorum Occidentalium Maximus, egregie de Ecclesia, & Imperio meritus; succedit eidem Otto, Junior Filius. Adelheidis Imperatrix fit Monialis.

974. Bonifacius, quidam Romanus, Cognomento Francus, Diaconus S. R. Ecclesiæ, Vir scelestissimus, Benedicto Papa in carcerem detruso & strangulato, Sedem Apostolicam invadit, habitus pro Tyranno potius, quam pro Papa. Referuntur ad hunc Annum S. Romualdi Camaldulensis Ordinis Fundatoris initia.

975. Bonifacius Romanæ Sedi invasor pellitur. Cui statim à Romano Clero subrogatur Benedictus VII. Vir hac dignitate maximâ dignissimus. Cordubæ novi Martyres sub Saracenis facti. Obiit hoc Anno, magno Ecclesiæ & Imperii damno, cùm jam Victor Damascenus petrenisset, veneno potatus à quadam Faustino, Joannes Zemisches Orientis Imperator; eidem successore, eodem Anno, Filii Romani Junioris Basilius & Constantinus, ille 20. hic 17. Annorum.

976. Imperium Orientale invadit Tyrannicæ Bardas, Cognomento Phocas, summo Orientis dæcimento. Quando & Antonius Studites Sedem Constantinopolitanam, timore ex hac Rebellione concepto reliquit sponte, nullo eidem susfecto, vacavitque Sedes Annis 4. Sicque res & Ecclesiastica, & Politica turbata fuere.

977. S. Romualdus transit ad Marinum Eremitam in finibus Venetorum de gentem, etimque sanctissimè amulatus vitam Eremiticam instituit, ad eam plures, etiam ex præcipua Nobilitate attrahens, ac inter alios, & Petrum Gradenum, Venetiarum Ducem.

978. Otto II. Imperator, & Lotharius Francorum Rex, se se varijs cladibus afficiunt. In redditu Otto, dum persecutus fuisset Lotharium, Parisios usque mire cum exercitu à S. Wolfgangano, per flumen traducitur; frustra tentante id ipsum hoste. S. Eduardus Anglia Rex, infidijs Noverca interimitur, miraculisque post mortem magnis illustratur.

979. Exercitus igniti in ære per Germaniam visi, omnium animos perculere, mox Græcis Apuliam & Calabriam recipientibus.

980. Haraldus Danorum Rex, magnus Christianitatis Propagator, à Filio Suen, hoste Christi, bello acerrimo appetitus, in prælio lethaliter vulneratur, atque die Omnia Sanctorum moriens, eorundem auget Numerum.

981. Bulgari resumunt vires, & sub Rege suo, Samuele Viro fortissimo irrumunt in Græciam. Hic Sanctorum Reliquijs addictissimus, earum ope multas reportat victorias. S. Nicon Lacedæmonem, in qua degebatur, suis precibus liberat Peste, cā lege, ut Judæi ea Urbe pellerentur.

982. Græci, u Græciam sibi asservarent, magno suo malo, Saracenos in auxilium evocant.

983. Otto Imperator in Calabria cum Græcis, & Saracenis infelicissimè pugnat, cæso ejus exercitu,

ad eō, ut vix statando ipse fugeat; cuius clavis causam multi adscribunt, quod is rebus Ecclesiasticis se imiscuerit. Ob eam cladem morte confectus Otto, Filium suum Otthonem III. sibi successorem declarat Veronæ: quibus gestis, Romanum venit, ibique circa finem anni moritur.

984. Benedictus VII. Papa fato fungitur die 10. Julij, cuius locum implet Petrus Ticinensis Episcopus, Otthonis Archi-Cancellarius, dictus Joannes XIV.

985. Liberatus metu Ottonis II. Bonifacius, ex Oriente Romam revertitur, & Joannem Papam redit in carcera, postquam 4. Mensium afflictionem, fame perire cogit, & Sedem occupat; sed paulo post regem morte extinguitur: cui successus est legitimus Pontifex Joannes XV. patria Romanus.

986. Ingens terræ motus Orientem concusuit.

987. In Oriente Bardas Cognomento Phocas, Tyrannus Imperator acclamatur, & coronatur.

988. S. Dunstenus Cantuariensis Episcopus, multis miraculis clarus, diem extremum claudit.

989. S. Adalbertus à Bohemia requisitus, decreto Papæ, Româ ad Sedem suam revertitur; sed de fluis ad viam virtutis reducendis propè desperans, Hungaros ad Christum convertendos suscepit, qui in primis Gyeisam eorum Ducem, & Stephanum ejus Filium baptizavit, & Christo lucri fecit.

990. In Italia novi motus, quos, ut consopiret Theophana Imperatrix, Romam venit, ubi ad mortem usque manxit. Basilius Imperator Phocam Tyrannum opprimit, & occidit. Joannes Papa, misericordia Legatione, Anglos & Nortmannos bellum patantes conciliat. In Gallijs, coactâ Synodo Sylvanectensi excommunicantur Invasores rerum Ecclesiasticarum, & illi, qui novâ hæresi ajebant; omnia liceat Regibus, etiam in locis Sacris.

991. Theosphores, Augusta Mater Ottonis II. & primi Uxor sanctissimè obiit, quæ sic vidualem vitam in Palatio exigit, ut id in Coenobium mutassæ videretur. Moritur quoqne Meisco, Primus Duxum Christianorum Poloniæ.

992. Conciliabulo Rhemeni Arnulphus ejus Urbis Episcopus ad Romanum Pontificem appellans, exauktoratus, cuius rei Autores Sacris interdicunt Papa.

993. Ingens Italæ consernatio, ob insolitas Vesuvij flamas, & crebra Urbium incendia, quo etiam Ipsa Roma magnâ ex parte cremata fuit. S. Udalricus Episcopus Augustanus, à Joanne XV. in numerum Sanctorum referatur.

994. Tyrannidem iu Urbe invadit Crescentius, & Joannem Papam ejicit, quem Capetus Francorum Rex in Gallias benignè invitat, sed is Imperatori querelas contra Crescentium deponit.

995. Joannis Papæ Auctoritate Mofomense & Rhemense Concilia celebrantur.

996. Fato functus est hoc Anno Joannes XV. 7. Maij, cum sedisset Annis X. Mensibus 4. ac diebus 12. Cui substitutus est Bruno Patriâ Germanus, Otthonis Imperatoris Nepos, postea Gregorius V. dictus. Otto III. ab eodem Gregorio Pontifice in Imperatoris coronatur, quando & Concilium Romæ habetur, in quo septem Electores Imperij sunt constituti.

997. S. Adalbertus in Prussia 7. lanceis confosilius, Martyrio coronatur. Geisa Dux Hungarorum moritur, eique succedit Filius S. Stephanus adolescentis ætate, sed prudentiâ senex.

998. Veremundus Rex Hispaniæ insigni victoriâ Arabes profigat.

999. Moritur Gregorius V. Papa, cum sedisset Annos 2. Menses 8. dies 7. Cui substitutus Gerebertus Aquitanus, Archi-Episcopus Rhemensis, dictus postea Sylvester II.

1000. Hoc Anno Boleslaus Dux Polonorum Legatos mittit Romam ad Sylvestrum Papam, pro imperianda Corona, & Titulo Regio, Sylvester Papa postulatis eorum annuit, sed nocte, præcedente beseditionem Coronæ, monetur ab Angelo in somnis, ut illam potius der Legatis horâ primâ dici pro alio Duce adfuturis. Adiunt itaque illâ die, illâque horâ Legati S. Stephani Duci Hungarorum. Cui proinde Pontifex & Nomen Regium tribuit, & Sacram, ac à se benedictam Coronam mittit, quæ mira DEI providentia ad hæc usque tempora inter plurima pericula & Regni vicissitudines conservata fuit, ne unquam vertice A-

catholici capitis contaminaretur; sed nec impotenter contaminabitur per singularem gra-

tiam DEI, Beatissimæque Virginis MARIAE Patronæ Hungariæ  
intercessionem.



CA-

# CATALOGUS VII.

Hæresiarcharum & Hæresum præcipuarum Noni

Sæculi,

Claudius Taurinensis.

Godescalcus.

Photius Græcorum Schismaticorum Antesignanus.

---

# CATALOGUS VIII.

---

Eventuum Memorabilium Noni Sæculi.

1. Anno 801. Terræ motus ingentes per Italiam extitère, vi quorum integri etiam montes dejecti sunt, & nonnullæ quoque Urbes dirutæ. Hac occasione dies Rogationum à Leone III. Pontifice statuti, non autem instituti, cùm hi jam inde à temporibus S. Mamerti Viennensis in Gallia Episcopi, Sæculo adhuc quinto, fuerint in usu. 801
2. Florentia à Carolo Magno restituta atque amplificata. 801
3. Saxones à Carolo Magno devicti Fidem Christianam sunt amplexi. 806
4. Duodecim Pares à Carolo Magno instituti.
5. Aquitania cum Franciæ Gallijs, Italia, Germania, Hungaria, Hispaniarum magna pars, aliæque Regiones à Carolo Magno subiguntur.
6. Corpus Amandi Episcopi ab ejus obitu 152. Annis integrum repertum. 812
7. Locustarum vis magna ex Africa ad volans Italiam depascit. 812
8. Corpus S. Jacobi Majoris Compostellam translatum. 816
9. Corpus S. Marci Evangelistæ Venetias delatum. 820
10. Corpus S. Cæciliae inventum. 821
11. In Saxonia intumuit terra in aggerem ad spatium trium milli- um Passuum. 821
12. In Territorio Tullensi adolescentula quædam duodennis, percepto ad Paschatis Ferias Cœlesti Eucharistiæ pabulo, triennio toto, cibo omni & potu abstinuit. N 2 13. In-

13. In usitatæ Magnitudinis grando in Gallijs decidens homines per-  
 multos , & periculo plurimo peremit , quo tempore etiam de-  
 cedit ex nubibus moles durissimæ aquæ congelatæ 15. pedum  
 longitudinis , sex latitudinis , & duorum altitudinis. 824
14. Româ Corpus S. Sebاستiani in Gallias tranfertur , ac Sueſſione  
 reponitur 826. ejus tamen cranium Eb鏵pergæ in Residentia  
 Societatis J E S U in Bavaria religiosè conservatur.
15. Harioldus Rex Daniæ cum Uxore & Liberis , & alijs multis ex  
 ejus ditione , Moguntiæ fonte Baptismatis lustratur.
16. Organorum usus initium sumit in Gallia.
17. Viget Lugdunenſis Academia circa Annum. 830
18. Festum omnium Sanctorum primâ Novembris celebrari cœpit  
 in Germania & Gallia , mandante Gregorio IV. quod jam antea  
 alibi celebrabatur.
19. Translatum est corpus S. Bartholomæi Liparâ Beneventum.  
 Anno. 840
20. Saraceni , Româ denuò vaſtatâ , revertentes tempeſtate ſublati  
 ſunt. 845
21. Tam dira in Germania graffata eſt fames , ut vix Parens à Filio-  
 rum carnibus abſtineret.
22. Angli Gallias invadunt , ac diripiunt. 857
23. Constantinopoli conflagravit Illuſtris illa Baſilica S. Sophiæ.  
 861
24. Tribellus Rex Bulgarorum cum ſua Gente Catholicam Fidem  
 fuſcipit. 865
25. Campanarum uſus allatus in Græciam. 865
26. Brixiae pluviæ ſanguinis per totum triduum. 869
27. Frondo Rex Daniæ Fidei Christianæ ſe addicit. 870
28. Ingens locuſtarum copia in Gallijs , ex quarum poſtea com-  
 putreſcentium foetore pefis maxima orta , quæ tertiam ferè  
 partem hominum abſumpſit.
29. Saracenis Africanis Sicilia eripitur 878. quam tamen illi rurſus  
 Anno 899. recepere. 30. Im-

30. Imperium à Galliæ Regno divulsum.

388

31. Hunderus Rex Nortmannorum Baptismo lustratur.

895



## CONTINUATIO

Synopsis Chronologicæ Rerum Ecclesiasticarum. Continens Res memorabiles Ecclesiæ, ab Anno 900. usque ad Annum 1000.

**A** 901. In locum Romani, hujus nominis Pontificis, qui tantum 4. Menses, & dies 20. vixit, subrogatur Theodorus patria Romanus; & hoc post dies 20. è vivis sublatu, substituitur Joannes IX. patria Romanus, Professione Monachus, sub quo non nihil respiravit Ecclesia.

902. Hunni, seu Hungari Italiam Transpadanam ingressi, omnia miscentes flammis, eam miserè depopulantur, & vastant, Berengarium vincunt, & profigant. Alphonsus Rex Legionis, relicto Regno, Monasticum amplectitur vitam.

903. Hungari desolatâ Italiâ, spolijs divites, acceptaque pro redimenda pace à Berengario ingenti pecunia summa Pannoniam repetunt. Leo Orientis Imperator Constantiū Filium in Imperatorem coronari curat.

904. Ludovicus Imperator Occidentis à Berengario captus, oculis, ac Imperio privatur. Mox Berengarius, vivente adhuc Lambertu, qui jam ab Annis XI. Augustus coronatus fuerat, cum exercitu Romano advolat, & à Joanne Papa Coronationem vi extorquet, sed Joannes Ravennam secedens, Synoda convocata, Coronationem Berengarij, tanquam vi extortam, invalidam declarat. Coronationem vero Lamberti, utpote legitimam, confirmat. Decretum quoque in hoc eodem Concilio fuerat, ut punirentur, qui defuncto Papâ, aut Episcopo, deprædarentur Palatum Pontificium, aut Episcopale, ut abusus enormi ante facilitatum erat.

905. Joannes IX. Papa, cùm sedisset Annos 3. dies 15. obiit, & die sequenti eidem substituitur Benedictus IV. Romanus. Alphonsus Magnus, Gallæcæ Rex ingentem victoriam de Arabibus reportat. Nortmanni ad Christianam Fidem convertuntur.

906. Hoc Anno alijs Nortmannis Nomen Christo dantibus, alij ex ijs Prædicatores Fidei Christianæ persequuntur, & non paucos Martyrio etiam afficiunt.

907. Benedictus IV. Papa moritur, eisque subrogatur Leo V. Ardentinus. qui tantum dies 40. Ecclesiæ clavum tenuit, pulsus, & detrulius in Carcerem à Christophoro, fedit Invafore.

908. Chistophorus hic post 7. Menses pulsus à Sergio, & in Carcerem conjectus, Monachus fieri cogitur, & paulo post moritur. Fiteque ipse Sergius, Papa, Garzias, Alphoni Magni Filius, pertitus longi Regiminis Patris, adjuvante Garzianâ Matre, & Fratribus, Patrem de Regno conatus est dejicere. Alphonus ne domestici Belli occasione, Saraceni vires resumant, sponte Filio Regimen cessit. Qui, sibi ex victorijs de Saracenis toties reportatis, Magni, ob reportatam hanc de se ipso victoriam, Nomen Maximi conseruerit.

909. Sessione in Gallijs Concilium de disciplina Ecclesiastica celebratur.

910. Sergius III. postquam triennio ferè Romanam (quam invaserat; Adalberti Thuscæ Marchionis vitibus nixus) tenuit sedem, moritur. Cui succedit Anastasius III. Patria Romanus: Lambertus Imperator in Venatione occulè ab Hugone Comite Mediolanensi occiditur, Regnóque Berengarius posuit.


911. Leo Orientis Imperator, Cognomento Philosophus, ex ventris prœfluvio moritur: Cui succedit Alexander, ejus Frater, cum eo tamen admisissus Constantinus Porphyrogenitus, Leonis Filius, sed puer adhuc.

912. Claudit hoc Anno vitam turpem, morte turpisissima Alexander, Orientis Imperator; quo sublato imperat solus Constantinus Porphyrogenitus: Leonis Sapientis, seu Philosophi Filius sub Tertioribus. Anastasio Papæ defuncto substituitur, vel verius intruditur Lanado Sabinus, & huic paulo post ebeunti Jo-

- gōnes X. Mortuus est hōe Adīs Alphonsus Magnus , chm regnasset Annis 46. quatuor Annis alijs usque ad finem vitæ filio relictis. Obiit & Ludovicus IV. Imperator, & Rex Germanie , & Conradus Saxon in Regem a sumptus. Rollo , Dux Normandorum baptisimū suscipit.
913. Ragnerus , Dux Lorharingiæ , alijs deprédator Bonorum Ecclesiasticorum , p̄nitentia ductus , amplissima latifundia donat Monasterio S. Eucharii extra Muros Trevirenses.
914. Bulgari in Thraciam irrumunt , & Constantinopolim obsident , sed mox obsidionem solvere coguntur.
915. Saraceni à Confœderatis Christianis tandem internecione in Italia delentur. Dani interim, Hungari , Slavi , & Bohemi Ecclesiastis devastant.
916. Ungari , Sacerdos persequentes , & crucis truncantes , mirabiliter pñam puniuntur ad Bremam , cuius Ecclesiastis incenderant.
917. Pax inter Ecclesiastis Orientales , & Romanam initur. Gorm Rex Danorum Ecclesiam vexat , plurimisque Sacerdotes necat , aut in exilium pelit.
918. Joannes Papa , conscientia ductus ad varia reuaria salutis confugit. Conradus Imperator Imperij Provincias Instrat , ac singulis consulit.
919. Constantinus , Orientis Imperator , Romanum Patrium , Prefectum classis , sibi Collegam Augustum assunit. Mortuus hoc Anno Conradus Imperator , & Rex Germanie , Regnumque in Henricum I. Saxonum Duxem transfert. Idem Henricus devotionis , & penitentia ergo Romanam proficiuntur , quod iter ferè semper pedestri itinere conficit.
920. Constantinopoli Pax inter Nicolai Patriarchæ & Euthymij fautores conciliatur. Altum de cetero silentium de rebus Ecclesiasticis , ex defectu scriptorum , rudis hujus Sacculi.
921. Exercetur variorum armis Occideas : graffabantur enim per Imperij Provincias Hungari , & Saraceni rebus suis invigilant , atque hi in Alpium angustijs , lapidibus obruerunt plurimos Anglos ad Limina Apostolorum peregrinantes.
922. Bulgari iterum infestant Constantinopolim , pace interim illius Ecclesiastis plenè redditā.
923. Habdanaragmon , Saracenorū Corduba Rex , ejus Nominis IV. diram in Christianos persequitionem excitat , in qua Martyrio coronata est S. Eugenia.
924. Berengarius pulsus à Longobardis , Hungaros in Italiā evocat , qui 12. Martij Papiam cum Ecclesijs 43. incendunt , sed hoc eodem Anno Berengarius meritas dependit peccas , dum à suis occisus est.
925. S. Pelagius mitre formæ adolescens ob Fidem Christi , & Castimoniam singularem , illustre Martyrium subit Cordubæ , post multa tormenta pugionibus confosus , minutissime concisus in flumen projectus.
926. Hugo , Comes Arelatensis , Romanum à Joanne Papa evocatur , & Rex Italij constituitur , inter quos etiam foedus initum est , rationibus eorum , & Ecclesiastis satis accommodatum.
927. Carolus Simplex , Francia Rex , ante triennium circiter carceri à Roberto amulo mancipatus , iussu Papæ Joannis est carcere educitur.
928. Joannes Papa X. à Guidone , Comite Thuscia captus , in carcerem detruditur , & tunc Pontificatus paulo post , & vita spoliatur , eisque Leo IV. substitutus : Cujus depositione auditâ , in Gallijs , Carolus Rex iterum incarceraatur.
929. Hoc Anno Joannes X. priore Anno in Custodiā datus , Cervicali in vultum dejecto , diuque appresso suffocatur. Leo quoque IV. qui eidem subrogatus fuerat , similiter in carcerem detrusus , in eodem moritur , eidemque Stephanus VIII. subrogatur. Eodem Anno & Carolus Simplex , Francia Rex in carcere obiit.
930. Henricus , Germania Rex cum exercitu Daniam ingressus , Reges Normannorum , & Abroditiam devincit , atque tributum , & fidem Christi ab ijs exigit ; hoc Anno igitur fides in Dania restorescit ; jam longè antea profeminata , sed persecutio ferè extinta.
931. Stephano VIII. Papâ post Annū 1. Mensē 1. & dies 15. defuncto , intruditur Joannes XI. vi ejusdem Guidonis Thuscia Marchionis & Marozia illius Uxor , ac dicti Joannis XI. Matris.
932. Arnoldus Bavaria Dux , Ecclesiasticorum & Monasteriorum Usurpator interficitur , quem accusari videt coram Deo S. Udalricus , atque uti Sacrorum eversorem condemnatum & ad ignes , Sacrilegii paratos , amandatum ; lugente miseriatur suam Romam , ob infelix caput , alij Sanctissimi Pontifices Ecclesiastis ornant.
933. Joannes XI. Pontifer cum Matre sua Marozia in Carcerem detruditur ab Alberico , Filio ejusdem Marozia , sed ex priore Mario suscepito. Defuncto Stephano Patriarchâ Constantinopolitan , substitutus Trypho Monachus , ut Administrator , donec Theophylactus , Filius Romani Imperatoris Oricatis perveniret ad legitimam eratatem , ut Patriarchatu fungi possit.
934. Henricus I. Germania Rex , & Imperator , Hungaros Ecclesiastis evertentes , & ditiones suas depulantes , ferè ad intermissionem delet , sub solemnē effera : Kyrie telelon.

13. Corpus S Matthæi Salernum transfertur. 954  
 14. In Italia inter tonitru & tempestatem, lapis ingentis magnitudi-  
     nis decidit. 954  
 15. Ordo Camaldulensis fundatur. 967  
 16. Gemini Soles per biduum conspicuntur in Cœlo. 967  
 17. Leodium Moenibus circumcingitur ab Episcopo Rogerio. 971  
 18. Crucifixi Imago loquitur in conspectu Concilij Wintoniæ in  
     Anglia convocati. 975  
 19. Inter pluviam visuntur in Gallia Tritici grana, & pisciculi de-  
     cidentes. 990  
 20. Terræ motus magnus per varias plagas terræ, aliisque prodigia  
     non pauca. Anno 1000

F I N I S.



# ERRATA CORRIGE.

In Februario die 23. Tudorti. lege Tuderti.

In Martio in Monothicis die 5. pnlvis. lege pulvis.

In Ephemeridibus Asceticis mensis Junij una sententia superabundat.

In Dissertatione Polemica, Questione 32. linea ultimā: uua. lege una.

Ibidem Questione 50. Omissa sunt cause seditionum, que primo loco ponenda fuerant.

Causæ rerum prædictarum vel sunt ex parte Magistratus: vel ex parte Subditorum. Et quidem eas quæ ex parte Magistratus sunt, nos hic certis ex causis prætermittimus. Quas tamen quis accurate delicitas videre poterit apud Aristotelem Libro 5. Politic. cap. 3. & apud Adamum Conten, lib. 9. Polit. cap. 8. Ex parte vero Subditorum seditionum causæ sunt: primum & precipue quidem *Heresis ac in negotio Religionis dissensio*. Certè nostri Temporis Hæreses, eam stragem in Imperio, Hungaria, Gallia & Belgio edidere ut sanguine illo Christiano, qui per eam, aut occasione illius effusus est, totum Ottomanicum Imperium poruisse everti ac recuperari. 2. *Honorum cupido & ambitio inter Regni proceres*. Hac enim dominandi libido uti bellorum, ita & Seditionum fax est. 3. Verissimè quoque monet Arist. lib. 5. Polit. oriri Seditiones non de parvis rebus, sed ex parvis, non secus ac ex parva scintilla magnum oxitur incendium, id vero ortum suum haber, fere ex corruptis populi motibus, qui in re parva ostendit magnum contemptum legum ac Magistratus, maximamq; animi nequitiam, in vitiioso proinde populo, cum pessimis quisi; in tumultum sit pronus, facilissime seditione nascitur. 4. Causa Seditionum eis etiam solet, cum potentes patrimonia sua absumpsetunt, ut sapientissimè observat idem Arist. lib. 5. Polit. cap. 6. Plena sunt hujuscemodi Exemplis, tam veteres, quam nostri temporis historiæ. Evertitur etiam Respublica facile perseditiones, quando paulatim eo usq; res devenit, ut potestes Principis & Magistratus in tantum immunitur, ut potentiores sint illi quos parere leges jubent. Sic mutata est Respublica Thebanorum, Idem Megatenibus evenit, Syracusis Rhodisq; nec aliud Imperium Constantinopolitanum perdidit.

Auno 867. linea 3. Michaë. lege Michaël.

In sex mensibus; nempe Martio, Aprili, Majo, Junio, Julio, & Augusto, omissi sunt dies pro medicinis sumendis, & emissione sanguinis seligendi, qui proinde hic apponuntur.

*Pro Medicinis sumendis seligendi sunt Dies.*

Martio. 1. 3. 4. 10. 11. 18. 22. 26. 27. 30.

Aprilii. 1. 2. 6. 7. 8. 9. 15. 22. 23. 25. 28. 29.

Majo. 5. 6. 7. 12. 13. 16. 19. 20. 21. 23. 27. 31.

Junio. 1. 3. 12. 16. 19. 20. 21. 23. 27. 29. 30.

Julio. 6. 7. 10. 13. 14. 16. 18. 20. 21. 26. 27.

Augusto. 2. 3. 6. 9. 10. 11. 13. 14. 17. 18. 24. 30. 31.

*Pro emissione sanguinis vero, sive per scarificationem sive per sectionem vene seligendi sunt dies.*

Martio. 9. 10. 21. 22. 25. 26. 27. 28.

Aprilii. 6. 7. 8. 9. 17. 18. 19. 22. 26. 30.

Majo. 6. 7. 8. 19. 27. 28. 29.

Junio. 1. 2. 3. 4. 5. 11. 12. 16. 23. 24. 25. 26. 30.

Julio. 1. 2. 13. 17. 21. 22. 23. 27. 28.

Augusto. 1. 10. 17. 21. 22. 23. 24. 26. 30. 31.